CASSIU
DE
AURO


HUMMEL
DE
ARTHRI

BECKER
DE
SUBMER











Libellus (Cassii) parvae molis; sed magni ponderis et verè aureus.

Cohausen de phosphoris. pag: 66.

chimie

ANDREÆ CASSII D. HAMBURGENSIS DE EXTREMO ILLO ET PERFECTISSIMO NATURÆ OPIFICIO AC PRINCIPE TERRÆNORUM SIDERE AURO

De admirandâ ejus naturâ, generatione, affectionibus, effectis, atque ad operationes artis habitudine:

COGITATA

Nobilioribus experimentis illustrata.

Aurum & Adamas typi æternitatis.

HAMBURGI,

Sumptibus GEORGII WOLFFI,
ANNO M DC LXXXV.

REVERENDISSIMO ATQVE SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

DN. CHRISTIANO ALBERTO

POSTULATO COADJUTORI EPISCOPATUS LUBECENSIS, HÆREDI NORVAGIÆ, DUCI SLESWIGÆ ET HOLSATIÆ, STORMARIÆ ET DITMARSIÆ, COMITI IN OLDENBURG ET DELMENHORST,

PRINCIPI OPTIMO, PRUDENTISSIMO: DOMINO MEO CLEMENTISSIMO:

SERENISSIME
PRINCEPS:
DOMINE CLEMENTISSIME:

AD Sereniſſimæ Cel-
ſitudinis veſtræ pe-
des deponi hæ pagellæ vo-
lebant, non ſaltem ut in-

ſta

ſtar confeſſoriæ tabellæ co-
ràm univerſo orbe declara-
rent, quàm ſalutare Sere-
niſſima Domus Gottorpia-
na aſylum majoribus meis
ſemper præbuerit, tùm in-
ſuper quàm inſigni & non
ſatis deprædicandâ clemen-
tiâ Celſitudo veſtra tenui-
tatem meam beare nun-
quàm dedignata fuerit.

Sed inprimis argumen-
to ipſi, quod curioſum
erat, & occultioris Phi-
loſophiæ augmentum pro
modulo meo quærebat,
hoc deberi credideram, ut
in illâ domo offerretur, ubi

ſpecioſisſimum totius fer
Germaniæ, ut ſic loquar
templum habuit iſta Diva.

Quanto enim amor
non modò omnes nobilio
res ſcientias, ſed ſeparatim il
lam, quæ Divinam in natura
operũ indagine Majeſtaten
veneratur, Celſitudo veſtr
ſemper foverit, præter
quàm quod illud orbi pub
licè jampridem & glorioſ
innotuit, privatim etiam ii
nequaquàm latet, quibu
eodem honore propiori
admiſſionis contigit frui.

Viderer equidèm in
tempeſtivè blandiri velle,

i

n hâc re toti orbi cognitâ
x in aprico poſitâ prolixi-
atem affectarem, cum ni-
il hic agam, niſi ut Sereniſſ:
Celſitudini veſtræ, Clemen-
iſſime Princeps, has ſche-
as ſubiiciam, tùm ut judi-
ium tanti Principis, æquè
n omnibus ſcientiæ natura-
s myſteriis, atque in hac
jus parte exactà experien-
à firmatiſſimum primò
ubeant, & illuſtri ejus te-
imonio approbatæ ala-
rius à peritiorum animis ex-
ipiantur; tùm ut ſub tan-
o clypeo contrà malevo-
um dentes confidentiùs
ſub-

ſubſiſtant; ſed maximè u
publicis hiſce literis toti or
bi hac ratione teſtatum fa
ciam, quanto cum ſtudi
ubivis, & per vitæ meæ die
videri non minùs quàm re
verà eſſe laborem

Sereniſſ: Celſitud: veſ

Humill: & devotiſſ:
Servus
ANDREAS CASSIUS I

Cap. I.

DE DIGNITATE AURI.

SI in enarrandâ divini hujus metalli præstantiâ, prolixior essem, videri omninò possem rebus non tantum necessariis, sed nec utilibus quidem inhærere velle, aut rectiùs, ut vulgari similitudine utar, Lumen Soli mutuare. Sanè si exornanda non sunt, nisi quorum pretium à quibusdam reipsâ in dubium vocari, aut ignorari saltem potest, tùm quidem summè reprehendendus essem, si operosè commendare Lectori vellem, quod ipse forsan impensiùs amat, certè quod omnes homines anxiè satis cupiunt; usque adeò, ut pro acquirendo eo quotidiè vitam ac salutem, sæpiùs famam atque existimationem, aliqui tandem animam suam, penè Deum ipsum, exponant. Non equidem me latet, omnia isthæc auro non accessura, nisi per totum ferè Orbem obtinuisset, ut cœterarum rerum

 rum

rum pretia ad ipsius veluti normam æstimentur: ut melius dicam, nisi prædivites atque potentes redderet ejus copia, non essent credo, in quos caderet sacra ista fames. Neque adhuc puto ad hanc ipsam Dignitatem præter argentum adscendisset, si pari ac cœtera metalla abundantiâ è terræ visceribus erueretur, aut si aliud æque commodum vel commodius inter hominum societates Communicationis medium inveniretur. Hinc est, quod paucissimi forsan sint, qui aurum ipsum, ut in se est, ac intra se, ut sic loquar, propriasque illius virtutes, dignè admirentur, pauciores qui sciant. Non est cur de eleganti illius colore, insignique splendore me hic loqui putes, quibus sese intuentibus præprimis commendat; ut ut horum laudibus aliqui totas forsan paginas impenderent: Pulchra ista, atque oculis omninò digna; haud tamen adhuc tanta quibus animus noster longâ admiratione immoretur. Majora sunt, quæ interior illius structura, & particularum, è quibus coagmentatum est, seu Principiorum Textura suppeditat. Corpus est è partibus mire subtilibus conflatum, quas insuper adeò pene-

rativas esse è sequentibus disces, ut in reliquis Terræ nostræ corporibus aliud par inveniri jure non dixeris. Grave est ac ponderosum corpus, ut sui simile non habeat; In ipso etiam Mercurio submergitur, cui è cœteris nullum corpus est, quod non supernatet, atque ita pondere cedat. Super hæc tamen omnia potiorem adhuc admirationem eô meretur, quod subtilissimæ hæ substantiæ illius partes eâ moderatione atque æquatione invicem cotextæ sint, ut secus ac omnia corpora alia, corruptioni nulli subjaceat, imo & ipsam illam, quam potentissimæ ignis violentiæ debemus; & in arte quotidiè in usum nostrum convertimus, destructionem constanter eludat. Discerpi potest atque ad miraculum comminui. Intrinsècè autem solvi, sic ut eo ipso principia ejus accuratè evolverentur, atque (ceu in reliquis corporibus Naturalibus usu venire solet) nullâ rursus arte in pristinum corpus denuò coirent, id nemini adhuc, de quo accuratè & bonâ fide nobis constaret, concessum fuit. Levi saltem artificio opus est ut plurimùm, ut aurum, quod planè immutatum vel rectius separatum credidisses, ad se

redire videas, idque larvam, quam, ut til illuderes, illi induxisti, seponat. Ipsur DEI verbum, si de summâ istâ Virtutur constantiâ, & piâ in Amore Dei post omn modas vexationes perseverantiâ sermo est, eleganti similitudine ab auri hâc immutab litate sumptâ illud eloquitur. Quod ho quò pluries ignis violentiæ subijcitur, eò pu rius inde redeat, reliquis omnibus impur tatibus, & alienis materiis quibus intermix tum aut defœdatum esse potuit, ab isto al sumptis atq; segregatis. Ob eandem causar vulgares quoque Rhetores quandam qua æternitatis imaginem, imo multi planè a gumentum inde exsculpunt. Breviter, tar tùm est amice Lector, quæ subjecti nost Dignitas sit; non tantum totius Orbis amo & desideria loquuntur, sed mirandæ ejus Pro prietates, quibus in Naturâ pares reverà nc invenias, apertiùs confirmant. Commu nissima hactenus & ferè saniorum opini fuit, auri naturam imperscrutabilem, sed c idipsum eò magis admirandam esse, quò ma gis reconditam. Nec probabilitate suâ d stituitur, eò quod igni, ceu dictum, nullat nus nisi quoad heterogenea, quibus inquin

tum est pateat, cujus tamen summæ in dissolvendis corporibus activitati hypotheses in Naturalibus plerasque omnes superstrui nemo ignorat. Quousque nos hâc in parte pertingere potuerimus, sequentia loquentur. Quæ an grata tibi futura sint, Lector benevole, sic ut optarem quidem, sin minus, mea non adeò multum intererit. Id saltem mihi persuasissimum est, Te, si perlegas, tempus tuum rebus sin minùs gratis, certè minùs vulgaribus, multis parùm, aliquibus fortè nunquam anteà auditis, collocaturum.

CAP. II.

DE LOCO GENERATIONIS.

PRo saniori servandâ Methodo, Natura nos primò ad Patriam ducit, cui Natales suos debet Aureus hic foetus & ad Ovum cui innascitur: Illa quod universalior sit, primum etiam locum meretur; quare ex Europæâ Mundi parte, carissimâ nostrâ Germaniâ, sicuti de omnium rerum affluentiâ etiam ab invidiâ ipsâ laudatur, ita & ab Auro intra viscera sua sat copiosè contento toto Orbi commendata est. Loquun-

tur id omnes, qui eam particularius descripserunt: Nec opus est, ut in specie de Saxoniâ utrâque de Misniâ, de Thuringia, de Westphaliâ, Silesiâ, Franconiæ confiniis, aliisque multa hic inserantur. Id saltem omitti non potest, ridiculum istud dicterium quod Silesios Onophagos s. Asinivoros dicit, non nisi aureis Silesiæ fodinis, in Monte Comitatus Glazensis, der gülden Esel / dicto, deberi, historias perhibere; alias quidem, quòd aurum inde effossum, â Nobilibus, ad quos id pertinebat, convivando consumptum, atque sic asinus aureus quasi devoratus sit; alias, quòd iidem totum montem ejusque venas sibi solis vendicantes eum quasi devorarint, unde posteà boni isti Achivi de Regulorum suorum deliriis in universum omnes â crescente petulantiâ plexi sunt. Interim nostris temporibus, ceu ubique, ita & in Germaniâ nostrâ, tantùm non desiit, certè vehementer incanuit aurea ista ætas, & pleræque auri, plures aliæ fodinæ, alibi quidem ob hominum pigritiam alibi ob sumptuum defectum, alibi propter nimiam aquarum abundantiam, multis in locis fortè ob easdem causas conjunctim, incultæ jacent ac de-

desertæ. De eodem fato Hispania habet, quod conqueratur. Antiquitùs enim auro illam adeò abundasse historiæ illorum temporum ferunt, ut hodiè vix veteris illius, ut sic loquar, sceleton superesse dixeris, si comparetur, Ut aliquid saltem afferam ex Strabone; XX. stadiis Novâ Carthagine dissita erat Aurifodina quædam, in quâ operarii XL. quotidie laborabant, ac unde quotidie etiam XXVM. drachmæ Romanis tributi lòlo pendebantur: Si Plinio credere licet, Asturia, Gallecia, & Lusitania XXM. auri libras quotannis dederunt: & Puteus quidam ab eodem Plinio Bebelus cognominatus, Hannibali omnibus diebus CCC. auri libras tulit, quem conjectari licet Pyrenæis montibus propinquum fuisse, qnod addat, Aquitanos inde aquam hausisse. In iisdem montibus Pyrenæis immanis incendii Strabo & Diodorus meminerunt, quo ex illis tanta auri vis eliquata fuerit, ut Phœnicii navibus illud avecturi argentum, quod superabundabat, loco plumbi, anchoris alligarint, imo apud Tartessum ex Aristotele anchoras inde totas fabricarint. Sed adhuc propriora in hanc rem sunt, quæ Livius per historiarum suarum de-

 cades

cades hinc inde dispergit. M. Helvidius ex Hispaniâ auri nondum loborati XIV M. DCCXXXII. libras ærario Romano intulit, signati libras XVIII M. XXXIII. Cneius Cornelius Lentulus MDXV. auri libras, argenti libras XX M. &c. Similia de M. Portio Catone, Q. Fulvio Flacco, Q. Minutio, L. Stertinio, Cajo Calpurnio, Tib: Graccho, Albino, M. Fulvio Nobiliore, & L. Quinto Crispino, apud eundem videri possunt. Nescio an istis temporibus adeò exhauserint Hispaniam omni auro, an partim igne, adeò exusta sit, ceu superius dictum, ut in sequentibus seculis, & nostrâ hâc ætate illud tam parcè, & non nisi hinc inde saltem reddat.

Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas.

Videtur tamen jacturam, quam Orbis noster in ipsâ passus est, eô resarcire voluisse, quòd per adjumenta, quæ Columbo præstitit, primam Orbis auriferi indagationi viam straverit.

Vicina Galliâ, illâ præsertim parte Montosâ, quâ Hispaniæ & Italiæ jungitur, in Comitatu Langedoch & Provinciali Aurum non minus alit. Indigenæ tamen nescio an

vivi

ivi ad inferos; &in ſepulchra deſcendere
iorreant; an potius quod tantis ſupra ter-
am divitiis beentur, in aureum ejuſdem
ivarium inquirere nolint, interim omnia
iegligunt, neque terram altius, quam ad me-
liam circiter ulnam, aratris nempè fodiunt.
ateor tamen vidiſſe me in Languedock an-
imoniorum, Vitriolorum & cinnabriorum
lura & meliora genera quàm habet Germa-
iia, inprimis cinnabrim illam ſtellatam mi-
iorem globulatam, quam Helmontius ſub
netalli maſculi titulo deſcribit in omnibus
iccidentibus reſpondentem circumſtantiis â
audato Autore enarratis; quid! quod Mer-
urium Virgineum in Normandiâ ſub pratis
menisſimis ludentem, & duorum ſaltem
ollicum latitudine (quod mirum) â ſuper-
icie terræ in canales certos quaſi aquæ rivu-
os excurrentem & Cinnabarinâ rubedine
ircumfuſum, adeò ut non opus ſit cogita-
re quoad mineralia, Sterilem â Naturâ reli-
ctam eſſe Galliam. De Auro verò in Comi-
tatu Provinciâ prope Telonem Martium,
Gallis Toulon, reperto teſtis eſt Henricus de
Rochas in Tractatu ſuo de Aquis ſulphureis,
ubi hiſtoriam quandam notabilem prolixè

ſatis enarrat, quam breviter hic compl
ctar.

In iſtâ nimirum Viciniâ mons eſt acce
lis Carqueraine appellatus, quem cum figu
lus quidam lutum ſ. terram figulinam quæ
rens pervagaretur, cavernam ſat capacem
accesſit, in eâque capreolum ab opilionibu
relictum clamare audivit, cujus liberand
gratiâ cum per orificium cavernæ ſe demi
ſiſſet, eminentias inſtar rupium ſatis gran-
des ſplendoris metallici, & ſupremam mini-
mam brachii circiter robuſti longitudine, at-
que craſſitie offendit: Quam, quod duram,
atque inſuper inſoliti coloris flavi velut maſ-
ſam deprehenderet, fruſtum aliquod malleo
inde abrupit, & diu neglectum caſu Auri
fabro cuidam, qui in eo optimum aurum
agnovit, vendidit, primò vili, deinde ex
ipſius emendi ardore prudentior redditus,
cariori pretio. Novum etiam fruſtum prio-
ri grandius cum Uxore ſua inde arceſſivit,
imô integrum ramũ ponderis octoginta dua-
rum librarum tam Uxoris ſuæ quàm ſcala-
rum & funium ope ſurſùm traxit ac ſimul
locum diligentiſſimé obturavit, ne quis ſcili-
cet præter ipſum ſecundus Iaſon in aureum
iſtud

ud vellus incideret. Interim re ad Guber-
torem loci cui Scaravaque nomen perlatâ
omo noſter primò blanditiis, dein minis,
rcere & equulei comminatione ad Indica-
onem aurei ſui montis diu fruſtrà tentatus,
ndem aliquo manè, horrendæ invidiæ ex-
nplum, in carcere mortuus repertus eſt.
oſt cujus deinde mortem, quod Uxorem
iam eundem Introitum ſtudiosè celaſſet,
lla diligentiâ, nullâ curâ poſſibile fuit lo-
m illum indagare, licèt Præfectus Scara-
aque aliique præſtantiſſimi viri ingenioſos
uamplurimos adhibuerint labores.

Pergo nunc ad reliquas Europæ provin-
as Norvegiam atque Italiam, quarum illa
enas ſaltem pauperes, atque ob id ipſum
arùm etiam cultas alit; hæc verò præter
otisſimam aliarum rerum abundantiam
inc inde aliquid auri interdum tribuit. Su-
ereſt Bohemia quæ olim Regi ſuo fruſta 10.
bras pendentia, nunc tamen parciùs & ve-
ti negligentius elargitur. Sed aliter ſe res
abet cum vicinâ Hungariâ quæ ferè uno
mnium ore inter Europæ regiones Auri
rægnantisſima prædicatur. Quouſque id
erùm ſit, & quàm illius aurum præ aliis
excel-

excellat, omnes Regni istius historiæ enarrant: Celebratæ potissimùm hoc nomine in isto Regno sunt 7. Urbes montanæ **die Bergstädte**/ Schemnizium, Cremnizium, Neosolium, Regiomontum, Bochanz, Libeten, & Tilna, quarum prima omniũ maxima & argento potissimùm dives, è quo tamen multum auri, communiter octava pars separatur: Cremnizium verò oppidum minùs, sed ob fodinam auri & antiquissimam & reliquarum omnium ditissimam, celeberrimum. Ultra enim 950. annos in fodinâ ista laborarunt, & longitudo ejus 2. milliaria germanica excedit. Centenarius mineræ dimidiam unciam auri, vel auri & argenti conjunctim unciam unam exhibet, ita tamen ut argentũ quantitate utplurimùm tripla ab auro superetur. Res notior est, quàm ut hic prolixiùs deduci expediret. Qui volet, integram de fodinis legat Hungaricis historiam, quam αὐτόπτης Eduardus Broun de iis consignavit, vel ex eodem extractam in Relationibus Curiosis pag. 76. usque 764. legat.

Ab Hungariâ versus Orientem ad Asiaticas Regiones transeamus. Ex iis decantatissima olim erat ob auri copiam ejusque præstan-

tantiam moderna Ayaman, f. Arabia ista, quæ felicis titulum jam tùm habuit, sed hodie non nisi respectu alterius, quæ reverâ infelix & deserta est, meretur. Auri certè tantum nostris haud fundit, ut paria, ac Veteres, præconia ipsi deberemus.

Indiæ potiùs Orientales perlustrandæ, quæ in Regnis Pegu, Aracam, Insulis Sumatrâ & Ceylon tantas divitias possident, ut nominari quàm maximè dignæ sint. Ultima hæc Veteribus Taprobana fuisse creditur, â quibusdam etiam decantatissimum in sacris Ophir Salomonis. Chinæ vel Tsinæ, magno isti Imperio, æque multum Auri tribuunt, qui eam describunt, cui tamen præstantiâ nostrum anteire, insuper lege cautum esse addunt, ne quis pro acquirendo auro puteos excavet. Nec minùs vicino, & quodâ quibusdam hujus colonia creditur Japaniæ regno, copiosissimum adscribitur. Sanè in tecta ædium Imperatoriarum summa (habent enim plura) aureis laminis sat crassis instrata, cæterasque earum partes internas in templa, in Magnatum & Nobilium aulas, imò in privatorum quoque pompam tantum auri insumptum legimus, ut fidem non demus nisi inviti.

Ex

Ex Africæ partibus Æthiopia utraqu
de Auri abundantia nobis commendand
Superior tamen ſ. Abaſſenia, (vulgus Regnu
Presbyteri ſ. Pretioſi Johannis appellat
quòd incolas Metallurgiæ ignariſſimos ala
maximam adhuc auri ſui copiam intra
ſervat; illi enim niſi purum, & in ſuperfic
terræ ſaltem obvium non curant; Inferio
pænè tota aurifera eſt, cujus Regna Congo
Monomotapa, Sofala, Mozambique ho
nomine præcipuè clara ſunt. Soffala, ſe
Coffala Luſitanis mercatoribus & olim jan
frequentata ſuit, & adhuc hodienum frequen
tatur. Sunt qui in eâ Regione, quemad
modum alii in Malaccâ, ſcripturæ Ophi
quærunt, unde Salomoni tantas divitias ad
vectas legimus, eò inducti, quod regnum
illud auro & ebore ferè abundet, ſed inprimi
quod illius incolæ, ex relatione Thomæ
Lopeſij, adhuc dum chartas quaſdam anti-
quas oſtentent de Salomonis ad ſuos expe-
ditionibus aliquid continentes. In regno
Mozambique auri gratia urbs maritima hu-
jus nominis cum Caſtello à Luſitanis extructa
eſt & ad CXX. circiter milliaria inde, verſus
meridiem; in regionis Coffalæ orâ maritima
aliud

liud castellum itidem Sofala dictum, in quo urum quod per totam istam oram colligi- ur, asservant. Pertinet huc vicina S. Lau- entii Insula, s. Madagascar, cujus tamen aurū ilutè flavi coloris est, atque adeò molle, ut lumbi instar tractetur. Nec reticenda est nglorum Batavorumque negotiis adeò amosa Nigritaniæ illa pars maritima, Gui- ea, cui quòd auri permodùm dives esset,)ræ auriferæ nomen iidem Batavi impo- ierunt. Omne autem quod largitur, au- um fluviis suis debet, qui è montibus, quos erfluunt, illud abradunt, ac dein continuato ursu in fundum rursus dimittunt, unde oſteà per Urinatores conquiritur. Nunc d Novum Orbem s. Americam recenter de- ectam transeamus. Superior ejus pars sep- entrionalis Hispaniolam Insulam exhibet, uæ digna est considerari. Illa adventanti- us olim sub Columbo Hispanis aurum co- iosè exhibuit, ita ut ejus quotannis CCCLXM. pesos (quorum unum 13 $\frac{1}{4}$ Reales ontinet) eliquatos legerimus: Extraxerunt llud potissimùm è sabulis aut limo fluminū urissimum, nulliusque heterogenei admixti articeps, in granulis sæpé aliquot unciarum

pond

pondere. Nunc autem poſtquam in Pe
ditiores fodinæ inventæ ſunt, Inſula hæc nc
adeò magni æſtimatur. In Americâ Mer
dionali adhuc ſuprà Æquatorem prima em
net Caſtilla del oro, ſ. Caſtilia nova, ab aur
vel fabuloſis vel veris montibus aurea dict
cujus tamen ſplendida fama hodiè, & tantùn
non ſimul nomen ipſum evanuit: Deinc
Guiana, ſed de quâ hoc in puncto relation
Gualteri Ravvleigh Angli ſi ſuo forſan tem
pore veræ eſſe potuerunt, ab iis ſaltem, q
ipſum poſteà ſequuti ſunt, contrarium e
deprehenſum. Longè aliter ſe res habe
cum Provinciis infrà Æquatorem ſiti
Totam enim Americæ Meridionalis longi
tudinem, quâ Occidentem ſpectat, prope
modùm emetiuntur Regna Peru & Chil
utrumque ab Auri copiâ, quam Hiſpani
inde jam hauſit, & adhuc haurit, celebra
tiſſimum. Peruana quidem Regio metal
li feraciſſima, & præcipuè de argento in Po
toſi atque auro adeò jam in vulgus nota eſt
ut Lectori injurius eſſe crederem, ſi multis i
enarrare vellem. Chili autem provincia ec
ſaltem iniquiori fato utitur, quod ob defe
ctum Incolarum minus jam Auri Hiſpanis

largiri

largiri posſit, licet fodinas ditiſſimas Valdiviæ alat: cum ècontra Peruani jam ante Hiſpanorum adventum Metallurgiæ quodammodo gnari extiterint, utadeò, ſi verũ dicendum ſit, iſta pariter plus daret, ſi plus ſumeretur. Reſtant adhuc duo Orbis, ut ſic loquar, extrema: Terræ nimirùm utrumqve Polum inveſtientes, quatenus noſtris indagari potuerunt. Ex iis Anticæ aurum attribuunt Dani, utut quibuſdam videantur arenâ forſan auriferâ decepti, è quâ tamen auri etiam non parum aliorum opinione elicere potuiſſent. Antarcticæ autem Ferdinandi de Quiros Epiſtola ad Regem Hiſpaniæ data itidem aliquid adſcribit: ſed *frigus iners* & *jejuna fames*, quæ in locis illis à ſolis vivificatione remotisſimis habitant, in causâ ſunt ut de divitiis iſtis inquirentium credulitas pertinaciter arceatur. Sufficiant ſthæc quæ de univerſalioribus metalli hujus locis Natalibus dicta ſunt.

Ad ſpecialiores & ad Ova quaſi nunc tranſgredior, quorum alii magis ſoliti, ac ad reliquum metallorum genium magis genuini ſunt, velut montes, & metalla, lapideſque ipſi; alii minùs ſoliti, ut arenæ flu-

minum ; alii vero prorſus extraordinarii atque inſueti. Montes quod attinet, ut plurimùm ſteriles ſunt, in quibus auri fodinas obſervamus: ſed qvod Lectoris attentionem & Naturalium rerum indagatoris ſtudium bene meretur, eſt, quod per experientiam conſtet, venas ſ. ductus, die gånge / ditiores eſſe, quò aëri viciniores, veluti contrè pauperiores, quò profundiores. An ſolis radii hic aliquid posſint; an aëri potiùs & probabilius, id tribuendum, ſequentia in memoriam revocabunt. Sub hunc cenſum referenda etiam metalla cœtera, quæ omnia, Erkero, & Experientia ipsâ teſte granum argenti in cupellâ probatoriâ, & hoc tantillum auri, modo ſolito exhibent; quemadmodùm & durisſimi lapides aliquid intra ſe alunt, ſed rarò tamen purum aut aliis metallis impermixtum; vèlut ex pyrite, granatis, Cadmiâ, & lapide Lazuli educi poſſe auctores loquuntur. Imò omnia inſuper ſabuli genera, & lapidum, præter unum Calcariũ, Glauberus auri feracia prædicavit. Quò etiam pertinet, quod in ſummâ tellure alicubi, ceu de Abaſſeniâ jam dictum, aurum (an è terrâ ſucceſſivè extruſum, an per

aquas

aqvas illic relictum, an planè ibi genitum
incertum) colligatur. Flumina autem ut-
plurimùm non in se generant aurum, sed è
natris quasi gremio, è mineris nempe,
violenter avulsum & abreptum detinent, do-
nec fatiscente aquæ rapiditate, gravitate
ùâ terram in fundo rursus quærat. Depræ-
licati sunt hoc nomine Veteribus Pactolus &
Tagus, Arimaspus, Padus, Ganges, Hermus,
Aurigeus, & ejusmodi plures, sicut jam dixi-
nus, Guineæ, Abassiniæ, Hispaniolæ nomi-
nati hodiè fluvii. In Germania eminet præ-
ipuè Rhenus, præter Bohemiæ Silesiæqve
luvios, aliosque plures; ceu recenter de-
num circa Rudolstadium Thuringiæ sabu-
um quoddam auriferum ex aquâ colligi non
ine lucro, ex aliorum relatione mihi inno-
uit. Sed extraordinarium protinus atque
nsuetum est, quod in arborum radicibus
icubi, ut in Abassiniâ, inventa sunt inte-
ra velut fila crassiora, f. radicum ramifi-
ationes; & eadem ratione alibi, ut in Hun-
ariâ, in vite integra ramenta ipsius vitis
mentis accreta: vel instar radicum è ter-
vomere per accidens eruta: necnon lapil-
in baccis uvæ alicujus omnes aurei: item

 fila

ſila aurea in rapâ genita, aliaque ejuſmoc
plura ſpiritui aurifico variis modis luxurian
ti meritò adſcribenda.

Cap. III.

DE ELEMENTIS AURI REMOTIORIBUS.

Quemadmodum duplex in naturâ Au rum reperitur, philoſophicum & com mune, ſive volatile & fixum, quorur illud ſuprà terram ingenio Naturæ perfe ctum, vel minus perfectum; hoc verò ſu terrâ ope trium intimiùs agentium diuturn & quietâ coctione in genuinum formatu aurum; Ita & Principia ejus duplicia concip poſſunt: alia Remota, nempe conſtructiv ſeu efficientia, quorum actio in variè agi tandis & combinandis particulis, elementa libus potiſſimùm conſiſtit: Alia proxima ſi ve conſtitutiva, communiter Materialia quæ propriè Elementa dici poſſunt, è qui bus corpus Auri combinatum eſt, & quæ un cum corpore durant, quibuſvè â ſe invi cem rurſus ſeparatis corpus deſinit eſſe, quo fuit. Illa Activa ſunt: hæc magis Paſſiva

Ill

Illis hoc caput destinatum est; de his in sequentibus sermo erit. Sunt igitur illa, particulæ activæ motu continuo agitatæ, eæqve vel sulphureæ, & respectu ad sensum tactus calidæ; vel aëreæ, naturæ salinæ & nitrosæ. Ambæ simul & agitant, & hinc inde, prout fortè inter alias incarcerantur, ut sic loquar, in texturam mixti configuntur.

Sulphureæ istæ in caloribus Orbis nostri quærendæ, & primò quidem in eo, quo omnes fovemur, & qui à lumine s radiis solaribus, dependet, quos ex ejusmodi particulis Sulphureis, subtilissimis, atqve velocissimè agitatis constare recentioribus certum est, & qui olim industriâ sagacis Digbæi per apta instrumenta specularia in pulverem purpureum concentrati fuisse à quibusdam creduntur. Hi cùm infinito modo per aërem sint dispersi, & quidem experientiâ teste, in Australibus mundi partibus copiosiores & fortiores, quàm in septentrionalibus, caloris vicem subeunt, & principia reliqua iurea motu intestino exagitant, & mercurium illum æthereum in subtili tartaro, vel terrâ salis virgineâ, hospitantem excoquunt, interque hanc actionem ipsum etiam

 aërem,

aërem velut coqvendo, sese cum fixiori bus particulis, secedentibus aliis vola tilioribus, includendo stabiliores reddunt.

Atqve hinc Aurum forsan dictum solis filius, non tam ob igneam sui Physiognomiam, quàm quòd radii Sulphuris luminosi cum reliquis ejus partibus componentibus sint coagulati; quorum tamen manifestam operationem (cœteris paribus) & majorem esse, & profundiùs ferri in calidis climatibus, quàm in frigidis, in mediâ æstate, quàm in hyeme, prout nimirum ipse sol, terrâ, in quam agit, propiùs vel longiùs abest, non negandum, & omninò etiam observatu dignum est. Qvanqvam vix soli tanta vis esse possit subtus terrâ quam suprà terram, præsertim in tam semotis terræ cryptis, & à radiis solaribus nimiùm remotis, adhæc plures aurifodinæ reperiantur satis profundæ, quemadmodum nonnullæ Hungaricarum ad CL. imo aliæ planè ad CCC. CCCC. orgyas à superficie terræ distent, ad quas impossibile esset, ut radii pertingere possent, qui ne quidem primam, ut ita dicam, montium regionem vi suâ pervadunt.

Propte-

Propterea vicem ejus ibidem fungi debent ignes ſivi rectiùs Calores ſubterranei, qui ceu propiores mineris, etiam efficaciores eſſe poſſunt, præſertim ſi in profundiori ſolo occluſi agant. Non deſunt hic, quibus ſicut pleraque recentiorum, Ignes hi ſubterranei non placent, præcipuè ex illis, ad quorum mentem, ſi DEUS Mundum condidiſſet, terram haud dubiè (quippe elementum) ſicciſſimam & frigidisſimam incoleremus. Quos cùm rudis & quotidiana ſaltem experientia refellat, adeoque caloris ſubterranei hypotheſis abundè jam hinc inde per eruditos probata ſit, labore ſupervacuo inprimis huc non adeò pertinente, defungi viderer, ſi id denuò ſuſciperem. Illud ſaltem monendum, per ignes hujusmodi ſubterraneos non intelligi fortes illos, quos in centro terræ locatos,& ad quos canalium in ignivomis montibus orificia patere multi credunt; Tales enim comburentes ac deſtructivi ignes injurii in metallorum vitam, & in principiorum actiones eſſe poſſent. Intelligitur autem moderatus & pro rei exigentiâ proportionatus potiús calor, qui materiis elementalibus, productioni metallo-

tallorum aptis, digestionem quandam præstare, easque inter se sufficienter circumagitare possit. Et ejusmodi internum occlusumque calorem partim actualibus istis terræ ignibus deberi putamus, qui alicubi vel ob viciniam, vel per rimas & ductus intraterraneos satis probabiles, vel quomodocunque demum in montibus ac fodinis metallicis ad calorem disponere possint terram; partim verò & non malè, à particulis istis mineralium acidis expectandum credimus, quibus Hippocrates nomen ignis mollis tribuit, & in quibus non solùm metallorum semina ac Ideæ, verum etiam motus & caloris principia sunt inclusa. Tales jam particulæ in multis venis ac plurimis locis montanis semper reperiuntur, inprimis in corporibus salinis, vitriolicis, & sulphuribus, item in liquoribus immaturorum atque laxiùs contextorum mineralium, eorum præsertim quæ marcasiticæ sunt indolis, thermis itidem. Inprimis verò Marcasitæ victriolo divites, item mineræ quædam martiales ad calores hosce in visceribus terræ excitandos apta solent esse corpora, propter terreas & salinas illarum partes, è quibus sunt contexta,

extâ, potiſſimum ſi aëris humidi vel ſo-
ius aquæ incurſui ſubijciantur. Quod ſi
nim nitroſæ & ſalinæ aeris particulæ cum
llarum ſulphureo ſalinis concurrant, vel in-
inuans ſeſe humiditas iſtiuſmodi particula-
um compagem in ipſo marcaſitarum & ſi-
nilium corpore disjungat, & connexio-
iem expediat, ſemper effervеſcentiam, &
x hâc ſpiritus nitroſos liberos producent,
qui cum ſalibus terræ fixis, vel particulis ter-
eſtribus, aut metallicis etiam, exæſtuando,
perpetuum teporem in terræ ſinu accendent
& ſuſtentabunt. Nihil hic video, quod ob-
taret, quò minùs, præter actuales ignes hu-
uſmodi fermentativos, ut ſic loquar, etiam
n cœterorum metallorum, & ſic omnino in
uri quoque materiis generativis ac elemen-
alibus foveri dicamus, eò quod jam in ma-
uro & perfecto auro ejuſmodi particularum
ulphurearum & calorificarum evolutionem
tque effectus, ex congreſſu ejus cum aquis
tygiis, quotidiana noſtra mechanica exhi-
beat, dum illud, æque ac cœtera metalla, à
piritibus harum aquarum nitroſis & ſalinis
ad ſenſum incaleſcit.

Quoniam verò nulla fermentatio,

nulla effervescentia, nulla elementalium pa
tium operatio sine concurrente aëre, qua
tocunque demum, contingere potest; ins
per hic variis pro diversitate locorum exh
lationibus repletus est, dubium non erit qui
& hic auro generando caloris nutrimentun
imò particulis quoque ejus incrementur
præbeat, ex eoque majores nostri non ir
eptè forsan dixerint, mineras rerum radice
suas in aëre habere, caput verò & verticen
in terrâ. Intelligimus enim per aërem illan
ætheris partem, quæ nobis proxima glo
bum nostrum terraqueum ambit, imò vari
permeat: Quæ non saltem ipsa è particuli
mirè subtilibus atque agilibus constat, ve
rùm etiam, ad certam altitudinem, minu-
tissimis effluviis, è globo nostro terraque
continuò exhalantibus, forsan etiam aliun-
de, & planè è siderum corporibus demissis
impraegnata est: atque ob id suo modo
menstruum quoddam universale dici pos-
set, quemadmodùm appositè ab Hookio
in Micrographiâ passim Tincturæ aliqua
species, & variarum atomorum solutio ap-
pellatur. Harum intuitu terra virginea, id
est, omni semine orbata, si rectè tractetur,

her-

herbas ſponte ſuâ producit: ſicut à Magnano Phil. Nat. c. 16. congruè annotatur. Conſideratione ſanè digniſſimi ſunt effectus, quos ab aëre in terrâ quâdam Arcevilenſi expertus eſt Digbæus, è quâ ſingulis diebus aquâ pluviali madefactâ in libero aëre quolibet menſe aliud, primò vitriolum, dein ſulphur, poſt plumbum, ſtannum, ferrum, atque tandem æs, cum interſperſis argenti fibrillis obtinuit: Quod idem Doctorẽ de Loberie & D. de Locques, Galliarum Regis ſpagyricum expertos eſſe prolixiùs narrat Borrich: de ortu & progr. Chym. Quæ aliàs apud Mattheſium & Albinum de regeneratione effœtarum vel exhauſtarum minerarum & ſcoriarum auri, argenti, ferri, plumbi, ac lapidum per ſolum aërem, & per ejus contenta, huc referri poſſent, legere poterit, qui volet, apud ipſos, atque apud Kircherum M. S. l. 4. c. 8. Inprimis verò de omnibus metallis, ejuſmodi fœcundatorum per aërem exempla, talium rerum gnariſſimus atque cautiſſimus obſervator, illuſtris Boile collegit, quem hic nominaſſe, et tranſcriptione ſuperſedere poſſim, ſatis credo. Ne quid dicam de nitri regenera-

tio-

tione in aêre, in cujus capite mortuo, libe
ro aêri ſubjecto multò penetrantius priſtin
nitrum generari conſtat; item de minerarur
quarundam martialium & marcaſitarur
transformationibus, quæ per aliquod tem
pus aëri expoſitæ ſale quodam victriolic
continuè non ſaltem obducuntur, ſe
ab eodem ita tandem corroduntur, ut poſ
longiorem temporis tractum totæ ferè i
ſalinam ſubſtantiam collabaſcant; qua
omnia mirabilem in aëre quorumcunque
ſeminiorum, fœcunditatem denotant. Præ-
cipuè verò aurei ſulphuris in aëre præſen-
tiam illa arguunt, quæ in iis locis, ubi aurum
copioſiùs gignitur, ut in Indiis, proveniunt,
velut in conchyliis & matribus perlarum
colores eorundem elegantisſimos, non niſi
ſpiritui aureo, quo perfunduntur, deberi,
perlas etiam ipſas ſplendorem ſuum â ſpiritu
quodam argenteo nanciſci, exin haud ob-
ſcurè concludi poſſe arbitror, quod ejuſmo-
di concreta cum ſalibus urinoſis calcinata,
aërique rurſum expoſita in ſuperficie cru-
ſtam metallicam erumpentem exhibeant,
quod ipſum in tobaci indici cineribus calci-
natis quoque expertus ſum. Imo valdè
credibile eſt, non ſaltem tartarum illum

aure-

tareum, qui animalium dentibus adhærefce-re folet, fulphuris iftius aërei coagulum efſe, verùm etiam idem fulphur aëreum effe, quòd rofas, aliaque vegetabilia colore adeò eleganti pingit, atque illud quod aurum atque argentum producit.

Aërem itaque concurrere efficienter potisfimum & alicubi fimul materialiter quoque, ficut in aliorum corporum, fic & in auri compofitione, non eft cur dubitemus, præfertim fi confideretur primò, quod aër è particulis mirè fubtilibus, penetrativis atque agilibus conftet, quibus in agitandis, combinandis, ac folvendis corporibus plura præftet, quam per activisfimum ac potentisfimum ignem fieri posfit; deinde quod idem pro diverfitate loci, differentium quoque generum particulis intermixtus fit, interque has fpiritus etiam mineralis, metallicæ & falinæ profapiæ per eum fluctuent valde multiplicativi, quibus propria ejus vis non tantum diverfimodè modificetur, fed & iidem corporibus, in quæ agunt, aptis fubinde (non fecus ac de aqueis indubitatum eft) affricentur, atque fic differentis quoque indolis metalla, variis in locis

aeris

aeris isti genio analoga, maturentur, perficiantur, imò generentur.

Præterire hic non possum Africanas istas pluvias in Guineâ, ubi certis anni temporibus imbres vitriolici saporis decidunt, simulque Atmosphæra adeò corrosiva deprehenditur, ut ferrum exedat, imo vitreis quoque fenestris colores sulphureos multiplices inducat. Ipsi terræ istius incolæ eosdem imbres valdè verentur, quod, qui iis exponuntur, febrilibus inde morbis, Hispanis Calenturas dictis, infestari soleant: Sed iis dein finitis lavando arenas copiosum aurum colligunt. Opinari liceret â vicinis montibus per imbrium vim divulsum vel abrasum fuisse hoc aurum, nisi in locis multis milliaribus â mineris dissitis, imo sæpè in vallis & muralibus castellorum marinorum, quô nunquam pertingere poterant auriferæ venæ, inter arenas idem reperirent. Et licèt sint qui radiorum solarium fortiori attractione elevatum esse velint aurum (quanquam potenti sanè calore opus esset, pro partium utpote ponderosarum, & in vulgari mechanicâ nullo poenè igne in altum facilè cogendarum, in aere aperto eleva-

tione)

one) vel licèt aliàs non improbabile sit, rrosivis istiusmodi pluviis lapidea involu-a, sub quibus aurum forsan latuisse potuit, osa esse, & sic idem, in istis non solubi-conspectui magis exponi: Non credide-n tamen me verò adeò absimilia dictu-m; si genuinum & purum aurum inter-um, & in locis convenientibus, in libero re, concurrentibus fortè requisitis, ge-rari posse supponam, & quidem in instan-

Certè nihil est, quod nos credere cogat, ri generationi, si non unquam, saltem ivis ac semper multo tempore opus esse, mque positis omnibus ad id necessariis, ac-dente mobilissimo, & simul cùm in acti-tate valdè comprehenso, agente propor-onato; non confestim contingere posse. uam violenta sæpè in aere generentur aut mbinentur, ut lapides fulminares, similia-ue nonnulla extraordinaria taceam, ex o saltem fulmine videri posse arbitror, uantum principia activa si in motum ve-menter cieantur, in momento circa metal-præstare queant; multis exemplis osten-re; atque huncin finem experimenta quæ-m cum pulvere saltem pyrio adducere possem:

possem: Hic enim projectus supra stannum vel plumbum fusum, detonando & fulminando in particulas metallicas, & disrumpendo sulphureas â salinis, nonnulla auri grana, quæ in cupellando post finitam operationem reperiuntur, educit, an producit, certè in momento tantum agit, quantùm alio quodam modo vulgari frustra spere[…] Nota sunt etiam curiosis indagatoribus, qu[…] de volatili auro in aëris gremio generato, item in nive experientia loquitur.

Quò spectat si unquam verum reper[…]tum sit aurum illud iridis, die Regenboge[n] Schüsselein/ de quo tot sibi fabellas na[r]rat vulgus, quodque inveniri dicunt, ubi ar[…]cus ille cœlestis altero sui extremo terram ferit, ajunt wo der Regenbogen trincket, quod meritò ridendum, postquam nun[c] iridem nihil aliud, nisi refractionem radior[um] solarium certam, in roridâ quâdam pluvi[a] contingentem esse, demonstratum est, un[…]de nec finem ipsi certum visui assignari po[…]se per se elucescit. Interim si adeò purum quemadmodum vulgò creditur, atque i[…] ejusmodi frustulis conchylarum figuram r[…]diter æmulantibus, deprehenditur, & supr[a]

tes

terram reverà alicubi inventum ſit, generationem ſui vel ſaltem perfectionem, aeri quocunque demùm modo debere credibile eſt. Pro concluſione id ſaltem adhuc addendum, quod jam ſupra, adſtipulante experientiâ alicubi interſperſum eſt. Mineras metallorum prægnantiores eſſe, quò terræ ſuperficiei propiores, atque inprimis, quo aëri magis ſunt expoſitæ; minus, quò longius abſunt & calorem ſubterraneum actualem vel elementalem propiorem habent. Inde non obſcurè confirmantur, quæ dicta ſunt calorem iſtum fermentativum, atque ipſam in univerſum metallorum geneſin aëre mirabiliter adjuvari, eundemque ſecus, ac vulgus diu credidit, adeò ſimplex, elementare, iners atque otioſum naturæ opus non eſſe, ſed è contrà quod intenſisſimi ac ſuper omnia aliàs in naturâ potentis ignis violentia nequit, idem tranquillâ aëris pergi poteſtate.

CAP. IV.

DE PRINCIPIIS AURI PROPINQVIORIBUS.

Menſis nunc remotioribus ad propinqua, & ea, quæ auri materiam proxi-

mè conſtituunt, deducimur, viſuri, quouſque oculis & rationi noſtræ ingreſſus patuerit. Nempe id nunc perſcrutandum eſt è quibus rebus aurum inter terreæ matricis penetralia mediantibus ſupradictis cauſis veluti promoventibus conſletur, atque ceu è principio principiatum actualem ſuam generationem ordiatur, poſteaque ex iis velut è principiis materialibus proximis & ultimatis (eatenus ad minimum, quatenus rationis noſtræ termini & fines extenduntur) conſtet. Negotium, quod facilè mecum alii prævidebunt eò difficilius, quo pertinaciùs aurum omni reſolutionis, & in alia quæ priora, & ſuo modo principia dici poſſent, disjunctionis generi renititur, ſed inprimis eò etiam intricatius, quo majus inter autores, non de principiis auri modo, ſed principiis in univerſum, disſidium vigere vulgò conſtat. Omnia quæ iſthuc ſpectant hic recenſere velle non ſaltem non hujus capitis, ſed nec libelli hujus finibus proportionata res eſſet. Ideoq, ut breviter, quæ neceſſaria ſaltem erunt, delibentur, notum eſt, Peripateticos in determinatione principiorum ſuorum ad ſolum tactus ſenſum ejuſque 4.

præ-

præcipua objecta, calidum, frigidum, humidum & ſiccum, cum quatuor ſuis primariis combinationibus, incertum quo jure, & quâ de causâ, reſpexiſſe: Ex hoc fonte quid aliud expectes, niſi ut, ubi de mineralium & metallorum generatione quæras, reſpondeant, quod faciunt, exhalationes & vapores frigidos & ſiccos, item humidos & frigidos, illos è terræ, hos ab aquæ partibus elevatos diverſimodè invicem committi, & in hoc vel illud metalli mineraliſve genus coagulari.

Poſtquam verò fumi iſtiuſmodi ſicci aut humidi, item calidi aut frigidi, nec chymicorum quæ quotidiè experiuntur, phænomenis congruè explicandis, nec laboribus præcipuè dirigendis vel tantillùm accommodati ſint, hinc artis illius ſectatores jam inde à multo tempore alia ſibi quæſiverunt, quæ duobus hiſce ſcopis ſatisfácerent, ſed variter, prout diverſa ingenia, & diverſæ chymiæ ipſius ætates, non parùm diverſa.

Inter eos, iſti, quorum tota vita nil niſi poſſesſionem ſummorum arcanorum, lapidiſque illius aurifici per univerſum orbem deſideratisſimi partim ambit, partim jactat;

interque hos primus Geber mercurium, au
partem potius mercurii ſubtiliorem pro me
tallorum materia proximiore agnoſcunt
Cui Arnoldus de villâ novâ, Raymundus Lul
lius, & Avicenna ſulphur adhuc addunt
mercurium in fuſione patere perhibentes
ubi metalla mercurio ſimillima fierent
ſulphur ex odore, quod ſi ignita ſint ſu
phuris odore obſervantium nares ſtringan
imo ob idem ſulphur igni vim in ſe permit
tant & igniri posſint. Paracelſus deind
nondum omnia his ſufficienter explicari d
prehendens tertium adjunxit ſalem mercur
& ſulphuris copulativum, quem neoteric
rum plurimi ſecuti, & eorum aliquot e
progresſi ſunt, ut naturam metallorum pr
cipuam & radicalem vel ſeminalem (qu
cunq; modo exprimere comodisſimum v
ſum fuerit) in ſale quæſiverint; alii in un
verſali aëreo, idque vel in aëre, vel in ror
vel nitro, aut, quod eodem recidit, in an
malium quoque excrementis deliteſcere ſ
ſpicati, exinde diverſimodè captare labor
rint: alii è particulari ſale marino, vel i
venis & fodinis metallicis reperibili vitri
lico illud ſibi polliceantur. Iterum alii d
inc

inde tribus hiſce non ineptè terram & aquam ſuperaddiderunt, atque hanc quidem vel in mercurio, ceu inutile phlegma ſimul ſuppoſuerunt, vel ab eo diſtinctam, ceu omninò utile & conſideratione dignum principium contemplati ſunt.

E veteribus autem fuerunt (ex hiſtoriis potisſimùm Thales mileſius innotuit hoc nomine) qui rejectis cœteris omnibus unam & ſolam aquam omnium rerum principium primum & proximum, atque adeò metalla quoque inter aquæ fructus pronunciarunt. Quam ſententiam noſtrâ ætate Helmontius, Bernhardus Paliſſy, Henrjcus de Rochas aliique revocatam amplectuntur; ac neſcio annon & Scaliger eodem inclinet, dum metalla terram aqueam, mercurium vero aquã terream appellat. Sanè, ſi liquor iſte Alcaheſt adeò jactatus parari & demonſtrari per artem poſſet, per quem omnia corpora, ipſa adeò metalla, (utut non iniuſtè cum aliquibus dubitaretur in cujus vaſis genere) in aquam inſipidam reſolverentur, non puto, manifeſtius hypotheſi huic patrocinium conciliari poſſet. Quibus tandem omnibus decantata, & ex Epicuri Democritique

tumbis, aliâ quidem veste resuscitata Cartesii Philosophia corpuscularis successit, ingeniosa permodùm sed ob corpusculorum figuram, motum, & inde emanantem relationem ad se invicem nondum determinatam, âut rectiùs vix puto unquam solidè determinandam, difficultatibus & obscuritatibus suis undique circumsepta.

Ex hoc numero quæ tandem opinio verissima sit, non â me expectes velim Lector Benevole, ut nunc defendam: illud tamen omninò expectare potes, ut unam ex iis eligam; secundùm quam de auri principiis materialibus tecum loquar; sed quæ ea esse debeat, nonne difficilis electio videtur? verum si bene intellecta sunt quæ dixi, non obscurè videbit, quicunque attendet, eò quod cum Philochemico sermo mihi sit, utique me etiam in id enisurum, ut terminis intellectui nòn saltem legentis non insuetis aut obscuris, sed & talibus, qui ab artis amatoribus laborum suorum directioni accomodatiores hactenus judicati sunt, me explicem, parùm interim sollicitus, an hoc accuratè nimis delicatulis, & omnia, nisi torno veluti subtiliter elaborata sint, aspernantibus

tibus ingeniis, quibus ea forſan non propinqua ſatis aut prima videbuntur ſatisfaciant, nec ne: quamdiu priora iſta determinare, taceo demonſtrare & arti firmum per ejuſmodi minutias fundamentum aut normam conſtituere non poterunt; id verò quamprimùm fecerint, prævaricatoribus nos accenſeant, niſi dociles invenerint, imò doctrinæ maximè appetentes.

Quoniâm autem dicta auri generatio intrâ terræ viſcera, in ipſo, ut ſic loquar, tenebrarum gremio, quò nec radio lucis, nedum ſenſibus noſtris via patet, potisſimùm peragitur, oportet, ut quem modum ſenſibus agnoſcere non datur, cum ratione, & certis tàm è naturâ, quàm ex arte petitis demonſtrationibus inveſtigemus. Itaque ſi analogiam accidentium, quæ aurum à reliquis metallis ſpecificè diſtinguunt & quæ â pasſivâ materiæ ipſius diſpoſitione dependent, attenti intueamur, non parùm certè luminis ad principialem ejus texturam cognoſcendam inde hauriemus. Cum enim hæc in auro quatuor accidentia reperiantur, perdurabilitas in igne, puritas eſſentiæ, denſitas & pondus, nonne concludendum ex his,

 ejuſ-

ejusmodi mixtionem certarum rerum vel partium essentialium in auro esse oportere, è quâ hæ qualitates & vires resultare possint? talem nimirum, in quâ partes essentiales ita dispositæ & eâ invicem proportione inter se conjunctæ sunt, ut alterum ab altero amico & indissolubili aut ægerrime saltem rumpendo vinculo detineatur: quod in aliis, ubi major componentium partium heterogeneitas, mixtionis proportio in uno excedens, in altero deficiens, & sic vinculum quoque tenue, ut sic loqvar mercurii, aut plus minus laxum, contingere non potest. Melius ergò illud concipi non posse credimus, quàm si aurum è sulphure & mercurio in subtili quâdam & purâ terrâ virgineâ, æquali proportione & indissolubili foedere coagulatis atque invicem excoctis, constare asseramus, ita quidem, ut terra illa sulphurea detineat mercurium, ne evaporet, mercurius cum viscositate terræ conglutinet sulphur, ne incineretur, terra verò utraque amicabili foedere nectat & permanentia reddat; atque sic in auro unum foveatur ab altero & alterius vinculum existat, ut nullo eorum vacillante auri textura corruere

uere non posſit, & nullâ arte in partes ſui
componentes actu diſtrahi, vel ignis violen-
iâ in fumum ſaltem ſe elevari patiatur, ſed
àm in igne, quàm in ſale & ſulphuribus an-
imonii & ſaturni fortisſimis inuiolatũ con-
ervetur, quod, ſicut jam dictum, ſoli ſulphu-
is, mercurii, terræ proportioni anaticæ &
ccuratisſimæ deberi perſuaſi ſumus.

Nemo tamen è lectoribus meis, credo,
deò hoſpes erit in Chymicis, ut me per hæc
ria, crasſiora illa corpora, quæ ubique ſub
omine ſulphuris, mercurii, & terræ offe-
untur, & partim veneunt, intelligi velle
ibi imaginetur. Pars iſtorum puriſſima,
uod Geber de mercurio monet, & à cœte-
is heterogeneitatibus, planè alienisſima no-
is indigitatur, â quâ velut in iis potiori, de-
ominationem deſumptam communia iſta
abent, ita ut parte iſtâ, quæ ſubterraneorum
rincipium conſtituit, ab iiſdem rurſus ſe-
aratâ, nomina ſua mercurii, ſulphuris &
erræ non amplius niſi impropriè & gratis
dmodum ſuſtineant.

Exiſtentiam horum in auro elemento-
um vel ſolus viſus, per colores cuilibet
emento appropriatos in auro viſibiles

 arguit.

arguit. Quod ſi enim aurum tenuisſim
foliatum candelæ lumini obvertas, conſ
ſtim flavedo cum interſperſo coeruleo & r
bro oculos tibi feriet, manifeſto indicio c
lorumillam varietatem elementorum qu
que in auro latitantiũ diverſitati deberi: it
ut flavus â terrâ, ruber â ſulphure, coerule
ſale deduci posſit. Eoſdem colores in qv
libet vitro, ſi cõmuni ſaltem modo cum a
ro liquetur, conſpicuos deprehendes; omn
enim vitra aurea (præter illa quæ ſingula
modo & manipulatione cocta) colorem e
ternum rubricæ vel epati antimoniali ſimi
lem exhibent, utique â terrâ provenienten
intus verò aëri obversâ coerulea ſunt & r
bra. Non tamen illa ſolùm per colores i
vitro, tanquam in ſpeculo videmus, au
principia, (veluti hæc inſuper probanc
ratio, fieri poteſt, ut è recentioribus mult
ad palatum non ſit) ſed & realiter, quoqu
in corpore auri exiſtere Encheireſes evin
cunt & operationes ignis, per quas terra au
ri ita diſponitur, ut vel ſuphurea, vel ſal
ina, vel mercurialis volatiliſque reddatur
utut enim ſicuti dictum, principia aur
conſtitutiva tam firmo invicem nexu de

vincta

incta ſint, ut quacunque etiam adhibitâ in-
uſtriâ arti hucuſque datum non ſit, eadem
a ſeparare, ut genuinum auri ſulphur, ge-
uinus mercurius, è corpore ſolari extra-
tus & ſegregatus oculis exhiberetur, quic-
uid etiam pro more ſuo Alchimiſtæ hic
lorientur: Eorundem tamen extra verſio
ilicet ut magis libera, cœteris ma-
is intereâ depresſis, ſingula appareant, ex-
erimentis obtineri & probari utique poteſt.
c aurum in atomos proximè ſulphureos,
ù in quibus ſulphur ad oculũ extraverſum,
t & præ cœteris dominetur, redactum cum
iis quibuſdam, ad hanc principiorum ex-
averſionem ſpectantibus, ſequentia exhi-
ebunt.

Qualis verò mercurius in auro ſit ſi quæ-
s reſponderim, talem eſſe, in quo terra
ſulphurea, metallis pro principio inſer-
ens, & cui aurum cœteraque metalla du-
ilitatem & extenſionem ſuam acceptam
ferant. Qua in re â mercurio commu-
prorſus differt, cujus ens ob nimiam flui-
tatem non appetit aliud ſulphur, quam id
uod in naturali ſuâ compoſitione ipſi ob-
git. Mercurius verò auri inſitum ignem
bet ſulphuris, cujus virtute terra iſta ☉aris
puris-

purisſima in mercurio ſuo ſubtiliata & exc
cta eſt; atque hinc tenaciùs adhæret auro
argento quam metallis reliquis poroſis & im
perfectis.

Salem quod attinet, eum quoque aur
ineſſe etſi parciorem reliquis metallis, no
optimorum modò, qui antiquitùs vixe
runt, Philoſophorum, velut Raymundi
Bernhardi, Baſilii, Richardi, Riplæi, alic
rumque inſuper teſtimonia volunt, verun
ipſi etiam praxi non repugnat, quâ auru
in vitriolum rubicundum redigi poteſt, cu
jus proceſſus inter reliquas in auro operatio
nes reperitur. Cùm tamen naturaliter ſul
phuri ſit incluſus, (unde etiam neotericis qu
buſdam ſulphur pro certâ ſaltem ſalis modi
ficatione habetur) hoc relicto ad paſſivum
magis principium me converto, quod ter
ram, & juxta aliquos prætereà aquam ſupe
rius eſſe dixi.

Quemadmodum verò ibidem innu
veteribus omnium metallorum ſemen in ſo
lo argento vivo quæſitum fuiſſe, ita quoqu
addidi, quomodo ſubſequentibus temporibu
alia inſuper, & inter ea, terra non incongruè
adſcita fuerint. Etenim velut herba in aër

nulla

ulla producitur ſine terrâ, ita nec metallum ſolo mercurio, ſi vel maximè argenti vivi entenaria ſeminarentur. Aurum ſanè & eliqua metalla non parum terræ continere natomia illorum per ignem & aquam, deinde eorundē etiam ſympathia & mixtio cum ariis terrarum generibus, unde augmentum imunt, non obſcure probant, velut in ſpeie, de auro Beccherus narrat, certas ſibi erras cognitas, unde auro nonnihil incrementi acceſſerit. Ut taceam è ſacro Eſdræ bro idem colligi poſſe, dum parvum pulerem eſſe, è quo aurum fieret, jam olim ixit: certe nec fixitas nec incombuſtibilias auro adſcribi meo judicio poſſet ſine terræ mixturâ. Argento pariter non deeſſe erram inde liquet, quod utplurimum ex lino, quem metallicolæ Berg-Milch vocant, generetur: Venus autem, Jupiter & Saurnus per calcinationem facilè in terram vireſcibilem tranſeunt.

Sed num in aquam etiam convertibie ſit aurum ſeu in Bur illud minerale, quod ecentiores metallis inſtar principii paſſivi um terrâ ſubſternunt, & in quo omnium deò rerum, nedum mineralium ſemina quieſce-

quiescere nonnullis creduntur id hactenu nondum sufficienter est indagatum. Mercurium quidem sub aquæ formâ ac tegmin nonnunquâm latuisse; imò & hodie quoqu eâ ratione, ut actuale principium & nutrimentum in compositione metallorum concurrere ex historiis metallicis testimoni suppetunt; non rarò enim inantris, imo in ipsis lapidibus exsudare & destillare visum est Bur illud minerale, & Gotlicii super tigna lignea, (quibus cavernæ subterraneæ â Metallicolis suffulciuntur) destillasse, inque purum putum argentum ramosum abiisse observatum est. Imò aurum quoque istud racemosum, quod jam suprà in aliquibus Hungariæ locis ad vites usque ascendisse repertum est, nonne aquæ metallicæ vegetativæ, cum quâ ascenderunt & in quâ coierunt deinde auri principia, parte ipsius aliquâ haud dubiè in consortium adscita, debetur! Qualis verò sit hæc aqua, cum aurum fixioris quam vel vegetabilia vel animalia conditionis existat, si ambigas, dixerim esse eam purissimã & viscosam, extrinsecè volatilem, intrinsecè verò fixæ dispositionis, quia terra in hâc aquâ intrinseco sulphuris igne subtilissimè excocta est.

CAP.

CAP. V.

DE MODIS QVIBUS NASCITUR.

DIfficultates, quas capite proximè antecedenti experti ſumus, in præſenti pares niſi majores, prævidebit nobiſ-
um, quicunque attendet, quâ cautione opus
t, ſi dicere velis, quomodo materiæ, quas
ix divinare licuit, quales ſint, ſecum in-
cem combinentur ut exin auri corpus
leò mirabile reſultet. Quicquid ſit, expe-
ri licebit, quouſque rationi excurrere da-
m ſit ultrâ terminum illum, cui ſenſus no-
os naturam alligaſſe non ignoramus.

Quoniam verò de Mixtione materi-
um ſermo nunc erit, credibile eſt, naturam
rchitectonicam miſcibilia ſua permiſcere
dem modo, quo cernimus Artiſtas in
mpoſitione & coctione aurei alicujus me-
caminis vel amalgamatis procedere. Hi
im corpora minutisſimè invicem conte-
nt, & coctionem adhibere ſolent; nam
lor dividit, reſolvit, agitat, efflorеſcentias
getativas producit; non aliter quantùm
guror aurum cum reliquis metallis quan-

quam

quam è materiis aliter diſpoſitis & ſumm depuratis, exurgit: Utitur enim natura loc mercurii, terrâ ponderosâ, ductili, liqu bili, lucidâ; hanc ſucco oleoſo, cujus part culæ ſecundùm mentem Carteſii flexiles ſi & ramoſæ, perfundit & ſubigit; atque e his ceù intimis principiis vel ſeminiis, fac naſci aurum, & quaſi per ramulos & vena ſicut ligneſcente ſucco arbores, nutriri.

Sæpè etiam ante mixtionem materia hanc reſolvit, & per evaporationem ac d ſtillationem in teneros ſpiritus mercurial coruſcantes, ſub multiplicique ſchemate i cavernis montanis ludentes, ſubtiliat. Nun enim ſub aquæ & viſcoſi humoris metalli ſpecie, nunc ſub ſulphureo tegmine delit ſcendo, nunc vaporis inſtar in ſaxa lapide que involando munia ſua peragunt hi ſpir tus; atque ſic oberrando, ut metallifice tur, quærunt quaſi aliquid ſubtile terreum vel è ſaxis expulſum, vel ê cryſtalli fa miliâ, in quo tanquam matricè & domic lio configantur.

Principium illud ſulphureum ſuprà ſuc ci oleoſi formâ propoſitum ſe habet inſt maris, quod ſpiritum illum mercurialer

matu

naturali & insito quasi appetitu, quem habet ad lucem, ad se rapit, sibi adunit & coagulat, eumque velut coquendo cum terrâ indurat. Mercurius iste è contrâ vi terram resolvendi, volatilisandi & emolliendi gaudet, quam tamdiu exercet, donec tandem cum illâ in limum quendam & in mollem massam abeat, quæ sensim â sulphure congelata, & ab aëre constricta in perfectum corpus metallicum roboratur; Ut adeò tota hæc naturæ operatio nihil sit, nisi sulphuris, mercurii, terræ in vapore subtilissimo (seu ut clariùs loquar, in minutissimis suis particulis congredientium & in se invicem agentium) perfectè mixtorum & fermentatorum subtilis Actio atque Reactio: Quæ perficitur tandem & finitur partim quiete partium, quâ nullum gluten firmius datur; partim irretitione ramusculorum, qui in particulis sulphureis terreisque occurrunt, per vim aliquam vegetativam quasi in ipsâ fermentatione turgentibus, & unà cum particulis vegetationi inservientibus in altum sæpè protrusis. Ita tractu temporis mollis hæc materia in tenebrosis montium cavernis inviscidatur, agglutinatur, inque certam

denique, accedente quomodocunque aë-re liberiori, formam compingitur.

Quod si sub aqueâ veste tegatur mercurius, tunc operatio hæc (ut id hic applicetur) viâ humidâ procedit, & minera auri fluida est, & exinde in integras massas confluit quasi & condensatur. Auream ejusmodi massam ovalis figuræ & libram integram ponderantem, quæ sine dubio à minerâ auri liquidâ in hanc formam coierat, videre mihi aliquando contigit, aspectu curioso sanè dignissimam: quæ cum magnâ violentiâ forte confracta esset, intùs concava reperta est, & in profundo pulvisculum exhibuit, veluti inclusum nucleum, nigrum & ponderosum; â cujus ambitu ad latera pulcherrima colorum phœnomena diffundebantur: Propè enim pulverem color profundissimè niger, & nigro, ut sic dicam, nigrior: paullò altiùs viridis amœnissimus, ad apicem verò citrinus, non ingrato intuentibus aspectu, ludebant.

Imo exempla prostant, quæ nescio suspicionem saltem, an planè fidem facere possint eâdem interdum ratione argentum quoque, si nimirum mercurius generation

illiu

llius inserviens sub formâ vaporis; vel sub
humidà adsit, concrescere; spectant huc sanè
quæ celebris ille peregrinator & laboriosus
Chymicus Agricola, citante Nobiliss: D.
Boyle, in suis in Poppium de antimonio
notis memorat; Nimirum se, cum inter
fodinas Hungaricas in profundis specubus
versaretur, sæpiùs in iisdem calidum vaporem
non è viroso illo genere, quem ipse me-
um venenum esse fossóresque suffocare at,
Germanis Swadem dicto) parietibus ad-
hærescentem observasse: quem, cum post
diem unum atque âlterum rediisset, omnem
unctuosum admodum & splendentem de-
prehendisset. Cumque nonnihil ejus col-
lecti per retortam destillâsset, subtilem se
exinde spiritum obtinuisse: fossoribus, quod
addit, perhibentibus, vaporem hunc seu ha-
litum humidum, tractu temporis in ramu-
sculos & excrescentias puri puti argenti, vul-
gò fein gediegen/ totum, citrâ ullam sui di-
minutionem, elegantissimè abiturum fu-
isse: Quibus parallela sunt, quæ industrius
Chymicus, Joh. Walchius in commenta-
rio in tractatum, der kleine Bauer dictum,
multis additis circumstantiis recenset; quod

nimirum in oppido quodam minerali, octo milliaribus circiter ab Argentorato distante, Maria Kiril dicto, operarius quidam, quòd aliàs quæ ageret non haberet, in fossâ sive fodinâ minerali ibidem vicinâ, tum temporis vili habitâ laborâsset. Post aliquot septimanarum laborem accidisse, ut ictu in saxo propè parietem facto, fissuram quandam detegeret, quâ perruptâ grandem lapidem sive massam, in medio rimæ, cavitatem penè se habentis viri armati specie erectam ac stantem, conspiceret. Hanc ex argento puro ab omnibus venis glebisve ullove alio additamento immuni, conflatam, liberam, non nisi pedamine, ustam quandam materiam referente, fultam, ibidem constitisse, atque ultrà 1000. sive 500. libras germanicas argenti puri pondere exhibuisse. Ex quibus, aliisque circumstantiis, Autor colligit, calore loci nobiliores spiritus metallicos è vicinis pergulis cryptisvè per alias minores fissuras rimasve in istam cavitatem delatos, ibique ceù in conclusâ camerâ cellâve, collectos fuisse temporisque progressu in prædictam pretiosam metalli massam consedisse. Quin etiam quod argenti pa-

riter

riter materiam humidam attinet; ſæpiùs occurrunt pellucidi & eleganter compti lapides, ramoſis metalli filis, & capillaribus excreſcentiis perpulchrè intertexti, quos primo aſpectu cryſtallos diceres, cum tamen æquè ramus, ac memoratus lapis bonum argentum â naturâ in iſtam formam redactum ſit, non ſecùs atque in diſſolutis ſalibus vel cryſtallis lunæ partes metallicæ vulgatâ mechanicâ exhibentur.

Non poſſum autem, quin hâc occaſione, ubi de materiâ auri ſeminali liquida ſermo noſter eſt, curioſo Lectori materiæ cujuſdam fluidæ, huc apprimè accedentis, & quam Pantauream ſivè aquam auri nominare quis poſſet, mentionem iniiciam; Liquorem intelligo quendam viſcoſum, quem primis anni menſibus & Martio quidem ad arborum certarum radices in Hungaria reperire mihi contigit, tempore, quo ſol velut ambroſiæ ſucco ſatur nectar ſuum, & materiam, undè aurum generatur copiosè refundit, ideſt, humiditatem roridam, quæ deinceps in terræ matricibus ſine dubio, in conſiſtentiam & ſoliditatem, pro conditione ſulphuris, quod ipſi occurrit, puram vel

impuram excoquitur: de quo en experimentum oppidò curiosum. Nimirum cùm aliquandò lubido animum incederet experiundi, quid in viscosâ hâc aquâ latere possset? collectam eandem intrà 10. & 20. Martii diem, in vitro idoneo, hermeticè sigillato, continuo & proportionato per menses aliquot calore artificiali fovebam, donec illam ultrò in spumam quasi auream elevari cernerem: Quod ipsum tamdiu durabat, usquè cessante tandem aquositate superfluâ spiritus quidam aureus non saltem latera vitri elegantissimè pinxisse, sed & sub tenuissimæ nubeculæ formâ terræ superincumbere deprehenderetur; verbo, donec tandem aqua per se in terram conversa esset. Aucto deinceps igne, terra hæc minerale aureum vegetativum produxit, quod reverà crescere incipiebat, solidum ac ponderosum & admiratione perquàm dignum. Quibus visis, rupto tandem vitro, ac probâ per vulcanum factâ anatomiâ, fugax metallum, nondùm satis à natura firmatum offendi.

Referendum tandem ad hoc auri generationis genus plurimùm illius auri arbitror quod in arenis fluminum reperiri sæpiùs

pius jam recensui, atque non omne è montibus auriferis elotum atque abrasum, sed partim in ipso demum fundo per evaporationes genitum probabile videtur. Vixit certe non ita pridem Brussellæ, non procùl â Spirâ, Helvetus quidam, qui seligendo auro Rhenano operam navans, testè Beccker o expreſsè adstructum ivit, aurum illud, quod è dictâ rheni arenâ colligebat, non aliunde è venis subterraneis illuc advectum esse.

Et insigne talibus patrocinium id largitur, quòd auriferæ ejusmodi arenæ in locis ab omni montium venarumque metallicarum viciniâ remotissimis etiam reperiantur, quemadmodum prope Albim, uno saltem milliari ab Hamburgo, quem locum à venis montium subterraneis longissime dissitum nemo ignorat, collectum aurum, novi. Quod verò in littoribus invenitur, nec minùs id, quod apud Indos in montium jugis arenæ vel terræ admistum offenditur; id, quia in terræ penetralibus gigni & dein ita in altum protrudi, omninò improbabile, operationibus radiorum solarium, & è terrâ ascendentibus evaporationibus sulphureis, cum princi-

pio mercuriali, ex aëre accerſito, crediderim deberi.

CAP. VI.

DE RELIQVORUM METALLORUM ET MINERALIUM GENERATIONE.

UT paulisper ad imperfectorum quoque metallorum Geneſin digrediamur, poſtquam de productione puriſſimi ac perfectiſſimi actum fuit, perſuaſum nobis eſt, naturam in imperfectorũ mineralium generatione eandem proximè methodum ſervare, ita ut differentia vel ſpecificatio metallicorum generum è ſolâ ſaltem mercurii coctione, pro varietate matricis, meliori minorivè, ſulphuriſque puritate fluat.

Rudimenta horum metallorum terræ vel calces vitreſcibiles exhibent, è ſalium ſulphurumque corpuſculis, quæ in mineris ordine tumultuario hinc inde diſperſa ſunt ac diſſeminata, concretæ: In quorum actione & fermentatione cum terrâ, interveniente aquâ, ſuperfluam fortè ſalſedinem diluente, vel aëre quoque eoſdem effectus, ſubtilius tamen præſtante, metalla à reliquis floribus

ero-

rocis &c. ſeparantur, ac inſtar regulorum
uo modo velut ſubſident.

Nam dicta illorum terra chaotica ſalſa
ſt, vel vitriolica, taliſque in locis quibuſ-
lam ab oceano tranſeunte redditur; in aliis
contra talis ab ingenerato terræ ſale exi-
tit. Nec enim improbabile eſt, nec ſanio-
ibus adhuc improbatum, Oceanum qui à
neridie ſeptentrionem verſus continuò mo-
etur, ſub Polo Arctico ſeu ſeptentrionali
erram ingredi, ſub Polo autem oppoſito
neridionali rurſus elabi; ut adeò perpetua in
errâ aquarum circulatio eſſe videatur, non
ecùs atque in hominum aliorumque ani-
nalium corporibus ſanguis circulatur, hâc
amen differentia, quòd aqua oceani propter
nſitam & innatam ſalſedinem etiam inſtar
rinæ ſe habeat, propter quam, virtutem
uoque mercurificantem & igne Philoſo-
horum lucentem poſſidet. Hic ergò
ceanus dum à meridie ſeptentrionem ver-
is movetur, à ſole & Planetis particularum
ıcidarum ſulphurearumq; impresſionem in
ıle ſuo per radios nanciſcitur, quæ vario-
ım metallorum, mineraliumque deinde
roductioni inſerviunt, dum nempè hoc

ipſum, quod veluti in cor terræ per oce
num transfertur, ibidem mediante ter
calore concoquitur, tranſcolatur, corp
aſſumit, atque vel in lapidem vel ſulphur, v
ſal, vel metallum pro varietate circumſta
tiarum facesſit. Eleganter hanc oceani p
terram Tranſcolationem, & ibidem ſalis ſ
depoſitionem jam olim expresſit Seneca du
ait: Miramur, quòd accesſionem flum
num maria non ſentiant: Æque mirandu
eſt, quod detrimenta exeuntium aquaru
non ſentit: Occulto enim itinere ſubit te
ras & palàm venit, ſecretò revertitur, col
turque in tranſitu mare, quod per mult
plices anfractus terrarum verberatum ama
ritudinem ponit.

Notandum autem in mari duas eſſ
ſubſtantias, quæ in metallorum generation
conſiderandæ. Altera eſt ſalina, innati &
per totum aquæ corpus inſenſibiliter diffu
ſulphuris impedimentum ac tegumentum
cujus in aquam actionem reprimit atque ob
tundit: quodque unà in ſe principium mer
curiale implicatum atque occultum conti
net. Altera eſt ipſum illud ſulphur, cuju
medio pura aqua coagulatur, & in natura
minerales convertitur. Prima

Primarium tamen patet compoſitio-
is metallorum principium in nullâ re aliâ
uàm in mercuriali quâdam ſubſtantiâ quæ-
endum in proprio ſuo centro cauſam fi-
entem habente, quæ hermaphroditicæ
ujuſdam eſt indolis, ſalinæ nimirum &
ulphureæ, imo volatilis & frigidæ in peri-
heria, in centro verò calidæ & fixæ.

Atque hæc natura metallica ſive ſe-
nen minerale, ex interno ſalis principio
riginem ſuam ſumit, & inde per coruſca-
iones Germanis Witterungen/ & halitus
ccedente aëre, lumen in ipſo accendente, ſub
aporum formâ ſeparatur: eſtque non
niuſmodi, ſed in quibuſdam ubi natura
alina magis extraverſa eſt, ſulphurea verò
nagis in centro adhuc detinetur, indomi-
am, & humano corpori noxiam ac viro-
am qualitatem fovet, & germanicè ſchwa-
em dicitur: in quibuſdam verò ubi ſul-
hur magis extraverſum, ſalina autem nà-
ura magis intrò revoluta, evaporationem
anam ac innocentem conſtituit. Sic medi-
nte aêre montano utriuſque generis eva-
orationes in tranſparentes illos ac poroſos
apides aguntur, (germanis Einwitterungen)
ſimul-

ſimulque conjunguntur, ac prior in altera tranſit, atque in ſe invicem porrò agunt, prout matricem aptam, terramque diſpo tam plùs minùs, offendunt, in verum m tallicum concretum convertuntur: Inq hâc actione natura, quemadmodùm omnibus ſuis generationibus agit, gradus ſu incipientis, progredientis, ac perfectæ mat ritatis obtinet; accedente ſubinde novo p coruſcationes ejuſmodi vitriolicas (zuwi terungen) nutrimento eadem augente, pe ficiente, ſed & ſucceſſu temporis, ſi quant tate nimis accreſcat, & metalla pura no eximantur, eadem rurſus deſtruente, diſſo vente, & pro accedentium conſtitution cum iis in varia concreta ſalina fatiſcent imo principia eorum conglutinativa ali quando planè in ſui ſimile iterum diſſolven te: Quemadmodùm etiam pro variâ ratio ne, quâ in itinere intercipitur, vel lapide non diſpoſitos offendens, atque iis adhæ- reſcens, vel aquâ obrutum & captum, in diverſa florum genera, aliaque unctuoſa & diverſicoloria concreta denſatur, qualia à metallicolis in minerarum ſuarum parieti- bus, illa quidem in inclinatis, hæc in reclina-

(im hengenden und liegenden) obser-
ntur. Breviter, coruscationes hæ inven-
matrice suâ, quæ utplurimum lapis aquo-
; transparens, salinæ indolis est, tanquàm
vitro hermeticè sigillato, eam continuò
volando porosam reddunt & fusilem, ac
ejusmodi mollitiem deducunt, ut inde pe-
trabilis fiat, & â principiis metallicis variè
ris vel impuris, perpetuò tamen pene-
antibus, suum veluti nutrimentum sumat:
ide, dum Philosophi mercurium suum,
nsuetâ ipsis locutione, vitrum emollire
cunt, nihil aliud intelligunt, quàm, vi-
um montanum, lapidem vel crystal-
m, in quem per inhalationes perpetuas
se insinuat idem mercurius, variè ab ipso
fici, ut posteà, prout internum sulphur
spositum sit, in ipsis quoque lapidibus co-
res appareant solutionis & putrefactionis,
ilosophici operis præcursores.

Per omnes in singulis metallis obser-
ari solitas vicissitudines specialius ac parti-
larius evidentiora hæc fiunt. In minera
turni ac jovis utplurimùm lapides hujus-
odi crystallorum instar transparentes re-
riuntur, quod idem in argenti quoque
mine-

mineris maximam partem contingit. Plumbi ac ſtanni terra chaotica ſalſa eſt, ac utrumque multo mercurio, multo ſale, terreâ calce, paucoque ſulphure impuro & imperfecto conſtat, ita tamen ut mercurius plumbi, quod facilius funditur, crudior ſit & indigeſtior, unde etiam cum antimonio non parum affinitatis habet. Ferrum glebam vel limum pro matrice agnoſcit, in quo utique certum eſt nobis, non deviare Becherum, utut fortè, ubi illud per productionem artificialem è limo cum oleo lini demonſtrare vult, decipi potuerit, limum martialem, in quo rudimenta ſeminalia illius metalli jam latuerunt, pro experimento aſſumens; ut non tàm communicaſſe limo per artem principia deficientia, quàm eadem latentia ſaltem collegiſſe dici potuiſſet. Clarum hoc, quod de ferri matrice dictum reddit exemplum ferri fodinæ ad oppidum Blomberg ditionis Fürſtenbergicæ, penes ſylvam Hercyniam, ubi idem Becherus ferrum erui vidit (ſupplem. 1. ad Phyſ. ſubterr. c. 3. p. 49.) paucis infrà terræ horizontem pedibus, cujus vena limi inſtar eſſet â reliquâ terrâ facilè diſcernenda, craſſitudinis trium

circi

rciter pedum: Infrà venam autem terram enoſam eſſe ait, in quâ ne granum melli reperiretur.

Paulò antè recenſuerat ſe Ambergæ ſuperiori Palatinatu magnam mineræ fercopiam aëri expoſitam (quæ ob furnom bello germanico deſtructorum defeum in corpus tàm cito reduci non potuet) pauco tempore in purum omnis melli expertem limum mutatam oculis ſuis idiſſe: quæ certè & illud, quod hic diximus & nonnulla quæ ſuperius, clarisſimè vincunt. De cœtero ferrum ex multo ſa, pauco ſulphure, & pauciori adhuc merurio conſtare jam receptiſſimum, & ex iis, uæ ferrum exhibet, phœnomenis probabiſſimum exiſtit. Cuprum è contra terram abet eâ, quæ in marte eſt, multò dilutioem, hinc magis rubentem, & mercurio forùs mixtam. Blandè & ſuaviter in pyrite ejus generis lapidibus, in Sueciâ præciuè generatur: ut adeò nullum metalli enus ſit, quod non in lapidibus ejuſmodi & mo generetur, dum eos fumi minerales ſueunt & penetrant, quod germanico metalcolarum idiomate, ceù diximus, Einwit-

teren

teren / appellatur. Prout verò fumi isti l
pidem penetrare possunt vel in eo sistuntu
& hoc vel illo modo alterantur, ita lapid
pro naturâ influentis fumi, vario colore in
duuntur odoremque sulphureum spiran
Par etiam huic genesis istorum lapidum es
in quibus minerale illud immaturum repe
ritur, quod germanis audit das Katzengoldt
vel Heyliglander Mummergoldt; dur
nempe penetrantes isti fumi ad justam tem
periem nondum pervenerunt, sed ante tem
pus ibidem intercipiuntur: Quod si ver
excocti sint, tùm lapis nonnunquàm totu
aliquoties in quibusdam partibus metallic
folio (metallicolis gediegen Ertz) obdu
citur.

Verùm nec uno saltem modo consti
tutæ exhalationes hæ metallicæ dictas metal
lorum matrices, sed potiùs sub diverso tùm
subeunt, tùm in iisdem perficiuntur, velu
ex eo liquet, quod in uno lapide varii gene
ris metalla plerumque occurrant. In ho
enim uterus mineralis, ut sic loquar, (quen
interdùm lapidem, interdum terram es
vitrescibilem credimus) ab animali in diver
sum abit, quod hic involucris quibusdam

contr

contrà omnis alienæ materiæ ingressum nuniatur; iste verò contrario modo se habeat, ac dum mineralia in terræ visceribus procreantur, ipsorum conceptacula aliis succis mineralibus, vel vaporibus isthæc transeuntibus pervia sint, adeò ut pluries non modò varii generis mineralia, puta marcasitæ cum metallis, aut cum lapidibus propriè sic dictis, argentum cum venere plumbum cum lunâ, aurum cum antimonio, sal cum sulphure & arsenico, sed prorsus hetrogeneæ aliquandò particulæ occurrant interspersæ. Hactenùs igitur de generatione reliquorum etiam metallorum satis, præcipuè, quantum scopus noster patiebatur, dictum esse arbitror: Ut omnia in unũ complectar, metallorum & mineralium differentia â matricis tantummodò constitutione aliâ atque aliâ, magis vel minus bonâ accommodatâ, insuper ab externis accidentibus, quæ colorem malleabilitatem, citatem & mixtionem variare possunt, dependet. Dum enim in matrice commodâ principia non intercepta, non impedita coeant, metalla inde plus minus perfecta resultant. Ubi matrix ita est adornata, ut

E prin-

principia inæquali proportione aut suscipiat aut servet, interdum etiam additione peregrinorum veluti adulteret, antimonium, Zincum, marcasita, magnesia, koboltum, prodeunt, quæ omnia communia cum metalliquidem principia habent, sed in omnibus sui qualitatibus vel excessu vel defectu peccant Ubi verò matrix etiam jam metallis fœta al eorum, quæ interna principia diximus, vari in viâ alteratorum incursu continuato & nimio eroditur, eluitur, & contentis suis variè iterum orbatur; ac alteratur, vitriol nostra communia, borraces, alumina, cadmias fieri permittit. Sic pleraque natura opera subterranea quomodo fiant brevite vidimus, eaque sub his potissimùm tituli locari commodissimè posse putamus: E nimirum

Sal unus	aurum	masculinum
Metalla	argentum	fœmin.

Minera-lia.
- 4. perfectè mixta, cuprum, stannum, plumbum, ferrum,
- Imperfectè mixta, antimonium bismuthum, zincum, marcasita, magnesia, koboltum.

Mon

Monstra { Magis naturalia sulphur, arsenicum realgar, cinabrium, argentum vivum.
Minus naturalia, vitriolum alumen, borax, salarmoniacum.

Amphibia vel { Zoomineralia, margaritæ, conchylia & testacea omnia.
Phyto mineralia, succinum, Corallia, ligna lapidescentia.

CAP. VII.

DE MAGNETICA MINERARUM SITUATIONE.

Item de aliis quibusdam phœnomenis, in quibus aurum velut magneticè se habet.

UTut nemini forsan dubium sit quin natura, ubicunque demùm principia corpori cuidã producendo apta offenderit, generationem ejusdem instituere possit; observatum est tamen eandem in plurimis certæ cuidam plagæ & situi, respectu cœli & terræ inter se invicem ita alligari, ut non nisi ibidem aut semper, aut utplurimùm suas peragat productiones. De vegetabilibus certè,

inprimis de arboribus solertissimus Kirche-rus animadvertit, circulos illos, qui in transversim dissectis apparent, eâ parte, quâ rotunditatem deserunt, & in angustum, velut in acumen, contrahuntur, ordinariò septentrionem respicere: Unde notum est, eos qui excolendis hortis delectantur, in transplantandis arboribus, præcipuè delicatioribus operam dare, ut eodem situ, respectu plagarum mundi, quo alibi steterunt, iterum inserantur, cum aliàs, nisi id observetur, emori, marcescere, aut minùs benè saltem se habere soleant. Quæ sanè mirabilis & velut magnetica naturæ versùs unam plagam præ alterâ, inprimis versus septentrionem, inclinatio, inter ea me judice est, quorum causa adhuc dum ignorantur: Quod verò in metallorũ insuper productione tale quid natura observet, vix puto crederetur, nisi autores per experientiam id quoque affirmarent. In iis sanè mineris quæ mox sub terræ superficie, aut, veluti multis in locis aurum, planè supra terræ superficiem, inveniuntur, hâc de re nihil attendi potest. Ita in Angliâ venæ stanneæ parum subter superficiem terræ, vel paucis infrà terræ horizontem pedibus latent:

dein-

deinde ſtatim terra arenoſa ſequitur, in quâ ne granum quidem metalli reperitur. In Potoſi idem de mineris ferri & cupri verum deprehenſum eſt: ubi ſanè verſus quam plagam minera vergat non æque dici poteſt, ac in montibus, ubi id magis conſpicuum, & ductuum metalli feracium (der gänge) continua & recta verſas certam plagam extenſio (daß Streichen/das die gänge halten) cum horoſcopio minerali (mit dem Berg-Compaß) à metallicolis obſervatur. Et mirandum; ſi æque verùm eſt, quod multoties a metallicolis audivi, venam aliquam divitem, plagam ſuam ſemper per lineam rectam ſervare, ut, ſi vel maximè interdum interrupta ſit, & deſinat, perſuaſiſſimum tamen habeant, ſi ſecundum eandem plagam montem in rectum ulterius perforent, iterum inventum iri ejuſdem venæ, ut ſic loquar continuationem. In ſpecie ad aurum quod attinet, matrices vel mineræ aureæ, in ditiſſimis Hungariæ fodinis, in quibus rudimenta auri ſeminalia latent, orificiis ſuis utplurimum verſus ſeptentrionem & Orientem vergunt: id quod de pleriſque venarum metallicarum orificiis Agricola affirmat: Quò forſan

ſan etiam reſpexiſſe potuit Jobus, dum c. 37. verſ. 22. ab Aquilone aurum venire aſſerit: Non quaſi è locis ſeptentrionalibus aurum adveheretur, ubi propter enorme & continuum frgus nullum generari poſſe probabile eſt, ſed quòd utplurimùm in locis illis, ubi generatur, verſus ſeptentrionem copioſius prodeat, utut in hoc verſiones varient, & Biblia anglicana habeant, ex Oriente venire ſerenitatem; (fair vveather) quod ipſum, quamvis apud nos, non omninò verum ſit, qui è ſeptentrione præter auſterâs tempeſtates & frigus horridum nihil expectamus, in illo tamen loco, ubi Jobum habitaſſe circiter conſtat, terrâ zonæ torridæ aut ſubjectâ, aut proximâ, cujus intenſi æſtûs nullam, niſi â ſeptentrionalibus frigoribus moderationem, eſſe poſſe evidens eſt, omninò verum fuit. Quicquid ſit, ubi idem apud nos contingit, ut mineræ ſeptentrionem potiſſimum reſpiciant, explicationem cauſæ non adeò promptam fatemur: ſed quæ Franciſcus Oviedo l. 16. c. 1, hiſtoriæ ſuæ generalis de India habet, dum Inſulam Borichen, alias S. Johannis dictam, auro valdè divitem eſſe pronunciat, ſed in parte ſeptentrionali; idemque de

Inſu-

Insulâ Hispaniolâ verum esse ait; ea rationi faciliùs congruunt. Nam e. g. ultima hæc sub zonâ torridâ jacet, & per integrum anni quadrantem, solem â parte septentrionali habet, quemadmodum nos eundem â parte meridionali habemus, ubi actiones ipsius, primò directis radiis partes terræ, & sic principia metallorum, in motum ciendo, atque hoc tamdiu, ut non nimis dissipentur; deinde à tergo & obliquiùs eundem motum leniter fovendo, tantò magis rei accomodatæ videntur.

Quod equidem de nostro Climate ejusdemque plagis septentrionalibus verum non est, ac vereor, ut, si de causis talismodi locationis minerarum quæratur, rotundè dicendum sit, parum liquere: Nisi fortè credere conveniet, spiritum illum influentem Æthereum & penetrantem Dno. de Nuysement àlis Philosophici nomine celebratum, ibi â vaporibus heterogeneis, per radios solares directos apud nos copiosiùs elevatis, minus impeditum, aut minùs etiam dissipatum influere posse: Cujus natura est terrenas illas materias metallicas mercuriali suo spiritu cum sulphureis suis particulis concoagulato umectare & sic quasi vivificare. Cumo...

fit lucis quædam ſpecies, æthereo corpori purisſimo velata, ideò etiam per coruſcationes in imis montibus conſpiciendum ſe præbet, & ſub ſpecie lucis ſemper occupatus eſt in organizandis metallorum matricibus, donec illæ ad iſtius quaſi luminis & actionum â lumine dependentium receptionem aptæ reddantur. Quæ res non niſi rationi ſaltẽ per effectus patet, nullo modo ſenſibus: Quemadmodum nec vitam in magnete magneticam (ſi ſic appellare liceat,) ſenſibus dignoſcere poſſumus, utut ejuſdem vis ferri attractiva, præcipuè directio verſus ſeptentrionem, oculos quotidiè incurrant. Eâdem ratione vita (nam ſic appellare eam licet certo reſpectu) metallorum eſt fluxus ignis nativi; & fluxus ille eſt radiorum actualis emiſſio: In auro autem eſt fluxus ignis longè purioris & ſubtilioris, quàm in cœteris, ut hoc reſpectu aſtrale dictum ſit Tackio p. 12.

Ignibus iſtis luminoſis & inhalationibus montanis valdè ſimilis materia lucens ex ſulphure & arſenico ſeparatur, quæ infinitos de ſe ſpargit radios montanarum coruſcationũ æmulos: Qualem ex urinâ itidem humanâ, ſed parciorem & debilius ſplendentem,

tam

ametsi quod maximè notandum, arseni-um etiam redolentem, obtinemus.

Quantum ad alia quædam phœnome-a, in quibus aurum magnetico quodam modo se habere videtur, attinet, silere hic on possum, certam salini cujusdam corpo-s fabricam aliquando in manus meas perve-isse, ex supradictis particulis lucidis foliatim ohærentibus concinnatam, cujus occultum gens in solidissimum auri corpus ita opera-um fuit, ut si suprà laminam auri modicè ca-factam distantiâ altitudinis palmæ detine-em, aurum integrum rubefactum fuerit; quæ peratio suprà Lunam eodem modo, sed mu-ato colore in flavum, successit. Ad aëris fluxum etiam veluti magneticè se habere urum ex regeneratione ejusd: in mineris vacuatis videre est, cujus exempla Boyle p. 3. de magnetibus cœlestibus & aëreis affert: reliquis verò metallis, inprimis ferro, umbo &c. regeneratis historiæ plures ubi-s prostant. Et ambigo annon aliquid iam magnetismi inter aurum & aërem, vel ris contenta sub sequenti experimento lu-t, quod mihi notum est, de sale quodam rto, cum auro præparato, qui ex igne planè

albus egreditur : mox tamen in aëre per intrinſecè purpuraſcit, interdum per aliquc ſeptimanas in vitro clauſo detentus albed nem ſervans, mox aëri rurſum expoſitus pu cherrimo carmeſino colore conſpiciendur ſe præbet, cujus effectum mirabilem & plan divinum in reſolvendâ pituitâ in catarrhi & in febribus deprehendi. Quale quid ma gnetiſmi in vitro pariter mihi cognito, ſuſpi cari forſan licet, quod colore album eſt & diaphanum, inſtar adamantis lucidum, can defactum tamen, vel ad lampadem parum per detentum, ubi per ignis actionem porul magis panduntur, & aër ceu vehiculum ignis liberius ſubit, rubeſcit & in pondere nonnihi alteratur.

CAP. VIII.

DE QUALITATIBUS SEU AFFE-CTIONIBUS AURI.

Quemadmodum corporum naturalium omnium; ita & auri quoque affectiones ſ. qualitates, ad quas nunc ordo ducit, multifariam ab aliis, qui talium rerum contemplationibus vacant, diſtinguuntur. Nos iſtæ lites nihil morari debent, ſed, quem natu-

ra

commonſtrare videtur ordinem, eun-
em ſervabimus, qualitateſque auri, quæ
ſum proximè aut propinquiùs ſpectant,
imas dicemus: quæ non niſi reſpectu effe-
ûs, quem in organa ſenſoria edit, de eo di-
intur, *Secundas* appellabimus: Et nonnullæ
einde aliæ, veluti inter has mediæ, habitudi-
em ipſius ad alia quædam corpora reſpicien-
es, *Tertiæ* erunt, relictâ interim cuilibet ſuâ
bertate, ſub alium ordinem, prout viſum
uerit eas redigendi.

Inter Primas prima eſto *Sòliditas*, à Par-
icularum maximam partem uniformium,
itrà interpoſitionem aliarum minorum mo-
ilium, arctâ connexione, & inde reſultante
nediocri earum quiete dependens. Medio-
ri dico: quam id quoque arguit, quod ad-
uncta aliàs ſoliditati *Durities*, quam à par-
icularum quiete omninò fluere rationi
onforme eſt, in auro non niſi mediocris &
nollicula ſit. *Fixitatem* deinde auri ſummam
c *Durabilitatem*, ſi id cuiquam naturali cor-
ori convenire poſſet, æternam diceremus;
deò contra omnem deſtructivorum aliàs
orporum violentiam firmum eſt, & in quo
mnia pænè reliqua pereunt, ignem conſtan-
tiſſi-

tissimè sustinet, in eoq; liquescens veluti sal mandra nutritur. Cujus causa esse non p test alia, quam mirè accurata, ac quod val probabile, anatica, principiorum constitu entium mixtura, perque minimas atom mutua subtilisve colligatio, & quasi concat natio ut nullo neque excedente, neque d ficiente, unum ab altero in rarefactione d tineatur, & in condensatione quietè iterùm cum eodem copuletur, & semper sit ac ma neat unum compositū, in quod particulæ ex trinsecùs im̃issæ agitativæ, quales sunt ignis & aëris, omnes quidē particulas integrantes, ve luti catenati corporis annulos, in motū ciēre discerpere tamen aut disrumpere nullam pos sint. Æternitatis certè corporeæ, ut sic lo quar, imago; unde ad hanc essentiæ purita tem, constanstissimam durationem, ac im mutabilitatem sine dubio respicit locus S. Jo hannis apocal. 21. 18. ubi sancta urbs aurum purum & similis vitro puro fuisse asseritur eleganti, nec frustraneâ auri & vitri conjun ctione; de quâ tamen, quod extra scopum esset, nunc nihil.

Ab eâdem principiorum auri mixtio ne adeô purâ, subtili ac curiosâ fluit quoque

ejus-

ıſdem *compactio* & *Exilitas* ambæ ad hanc
militer claſſem pertinentes. Exilitas ſanè
ırtium materiæ in auro, & quæ illam fir-
ıisſimè probat; ejuſdem *Ductilitas* tanta
t; ut talium rerum ignaris fabulæ videan-
ır, quæ opificibus circà hæc occupatis quo-
diana ſunt & conſueta: Nam unicum au-
granum obſervatum eſt dilatari poſſe in
lum 150. pedum, & ex uno ducato aureo
ıdi paſſunt 240. bracteæ. Imo vixit Au-
uſtæ vindelicorum artifex, qui è grano uno
lum 500. pedum, & ex ducato 620. bra-
teas obtinuit. Alonſus Barba Par. J. c. 26.
e argento, quod auro proximè accedit
uritate, recenſet, ex unicâ ejus unciâ filum
ıoo. ulnarum duci poſſe: ſed quod miran-
um, idem filum integrum 6. tantummodò
uri granis inauratum iri: aurum argento
entupló ductilius eſſe ejuſque unciam unam
circiter octo ducatos) in tantam tenuita-
em malleo redigi poſſe, ut 10. terræ jugera
Hanegadas Hiſpanis dicta eâdem obtegere
iceret: vid. ampliùs Boyle de mirâ effluvio-
riorum ſubtilitate p. 2. Inſigne quoque
xilitatis in auro documentum, tinctura
uæ, medio ipſius, vitro communicari po-

teſt,

test; præstat; unicâ enim auri rite præp-
rati drachmâ decem libræ crystalli colora-
& tingi possunt, cujus quidem corpuscu-
per tam vastam vitri massam diffusa, si ex-
mi quælibet seorsim possent, nonne ad m-
raculum exigua futura ipse mecum præv-
des? sed & elegans experimentum nc-
huc saltem pertinens, sed superioribus etian-
quæ de ascensu principiorum auri cum succ-
vegetabilibus dicta sunt, illustre lumen a-
cendens præterire hic non possum: Nim-
rum, cum aliquando certâ intentione rad-
ci fruticis rosarum vulneratæ aliquid liqu-
ris auri volatilis immisissem, en post aliqu-
menses elapsos rosarum folia admirand-
aurei coloris filamentis, ac venularum qu-
si plexibus pulcherrimè variegata: ubi vi-
concipere licet, quantæ exilitatis illius pa-
tes fuisse oportuerit, ut per organa plantæ s-
vè fruticis nutritoria, & deinde per subt-
lissimas foliorum & venularum in iis angu-
stias adeò eleganter transcolari, ibique ru-
sus colligi potuerint. Sed hæc de exilitat-
De *compactione* auri facilis etiam consequen-
tia: nam particulæ ejusmodi exilissima-
proximè homogeneæ, & interpositu aliarun-

qua-

uasi difformium non interstinctæ non possint non ita compingi, ut poros quidem, sed vix animadvertendos, & multò aliis corporibus minores, magis regulares atque uniformes relinquant; à quâ deinde compatione ultrò fluit ejusdem *Gravitas*, quâ tantâ ollet, ut in eâ omnia corpora sublunaria reliqua post se relinquat, & mercurio, cui cœtera omnia supernatant, solum mergatur, a ponderatione in aquâ, multo plus subsidet reliquis metallis, & uncia una auri cum unciâ unâ in aquâ ponderata longè gravior deprehenditur. Eleganter & accuratè annotatas gravitatis in quibusdam præcipuis corporibus proportiones Lectori B. in subsequenti Tabulâ communicare placuit, ex cujus adjunctis à latere numeris videre poterit, quantum corpora mole accuratè paria, pondere tamen sese invicem supergrediantur. Cui subjunxi aliam ex D. Petit Regis Christianissimi arcium muniendarum præfecti observatione à Johanne Baptistâ du Hamel de fossilibus cap. 10, pag. 487. publicatam, quam numeris posterioribus hic adscripsi.

1000,

☉ 1000	100	Bismuthum 527	000
☿ 970.	71½	♀ purum 466	47½
♄ 604.	60½	aurichalc: opt 460	000
☽ 543.	54½	♂ —— 421	000

æs commune	419	000	♁ 56	00
ferrum	412	42	Cera 54	5.
♃ ——	396	39.	Lignum 39	00
♃ ——	504	000	querc.	
			abiet 30.	00

Quibus addit Dn. Petit. Magnetem 26. mar- mores 21. lapides comm. 14. cryſtallos 12 aquam 5½ vinum 5¼ oleum 4¾ nempe par- tes centeſimas ponderis auri ſub eaden mole æquare.

Et hactenus quidem de qualitatibus quas *Primas* dicendas viſum fuit. *Secund.* quas reſpectum ad ſenſus noſtros habere dixi & primo quæ ad *Tactum* pertinent (ſenſum omnium diffuſisſimum & forſan planè o- mnium fundamentum) præcipuæ ſunt aur *ſiccitas* & *frigiditas*. Illa quidem à particu- larum componentium quiete, harumque nexu, quo nulla à reliquis ſecedere, & organ tactus adhærere permittitur; dependens Hæc pariter indè derivanda, dubium tamen

eſſe

esse posset, an per se auro inesset, cum & calor facili eidem negotio communicari queat. *Visum* qui respicit *Color* auri non est pallidus, velut oppidò gratis cuidam dictum fuit, pallere ideò, quod multos sui insidiatores pateretur: sed potius eleganter fulvus, qui ex rubro & albo inter se proportionaliter mistis generatur, atque unus è mediis inter album & nigrum est, quorum ille virtutem visivam nimis dispergit, hic nimis in arctum contrahit: Citrinus è contra oculorum aciem reficit ac delectat. Sed varius tamen etiam in variis auri generibus hic color est, cum unum altero pallidius sit, quemadmodum Africanum Asiatico & Europæo; unde etiam est, quod aurei Lusitanici aliis sint pallidiores. spectat huc ejusdem *Opacitas* quæ poros in Auro non ad normam, & regulari situ recto dispositos arguit, sed illos tamen non in totum excludit: Partes verò auri exiles per microscopium examinatæ rubinulorum transparentium specie ludunt, ut appareat forma rosæ purpureæ inter spinas, veneris sanguine & lepore tinctæ, quæ non animadvertitur nisi in proprio ejus centro. Licet autem diaphanum non sit & lucem non

 mul-

multipliciter & pariter refringat, inſtar gemmarum, eandem interim vividè reflectit, & *Splendore* inſigniter coruſcante præditum eſt: Quem crediderim ab aqueâ & clarâ ſubſtantiâ terræ homogeneæ incorporatâ provenire, atque proptereà in auro, quam in cœteris metallis, majorem eſſe, quia aqua metallica in hoc terram ſuam magis veluti lavit, eamque penetravit, & ſibi univit. Proprium enim aquæ eſt ſplendere, ſicut ignis fulgere & rutilare, quorum utrumque in auro reperitur. *Auditum* quod attinet, is ab auro parùm afficitur, quod ſecus ac argentum aliaque metalla *Sonum* non edit, niſi admodum obtuſum, neque â texturâ auri adeò compactâ aliter expectandum, quod notum ſit, omnes ſonos in corporibus concavis, poroſis, & aëre intrinſecus plenis, ut tympano, aliiſve, produci ſolere. Ratione *Guſtus* tandem & *Olſactus ſapor* atque *Odor* in auro ob particularum haud dubiè quietem, per ſe nullus: Hinc pro patinis poculiſve Regum & Magnatum optimè inſervit, quòd nec cibis nec potùi ullam vel æruginis, vel ferruginis, vel plumbaginis, vel cujuſcunque tandem noxii & ingrati ſaporis notam viſceribus

ribus affricet, ſed è contrà, ut diligentiſſimus promuſcondus, edulia & poculenta purisſimè & ſervet & reddat. Imò quæ mala â vaſis & canalibus plumbeis, per quos aqua cibo po-tuive inſerviens adducitur & ſervatur, ſæ-piùs inferuntur, ut ſunt ſtrumæ gutturis & nodi, eodem auro rursùs curari & dicuntur & creduntur. Quò forsàn reſpicit cura iſta Franciæ, Angliæque Regum, qui ſtrumo-ſorum collo nudo, poſt contrectationem, quam manibus antè peragunt, aureum num-mum adaptant methodo aliis medicis in-commodâ & inſuetâ, qui aurum potius acci-pere ſolent quam dare. Quod verò aurum lævigatum fœtere deprehenditur; item quod per crebram cum ſale armoniaco & aquâ regiâ cohobationem odor violaceus ipſi con-cilietur, & quæ ſunt ejuſmodi alia, illis in acceptis ferenda ſunt, quæ ipſi tùm extrinſe-cus accedunt.

Recenſitis nunc qualitatibus auri quas primas & ſecundas diximus, reſtat, ut eas etiam, quæ in relatione ad alia corpora ipſi competunt, videamus. Hæ verò potisſi-mùm à vulgaribus Philoſophis, qui è prin-cipiis ſuis eas unquam explicatum iri ne ſpe-

rare quidem possunt, *occulta* appellantur: Et reapte satis occultæ sunt, nisi quod eos, qui non uni saltem pertinaciter adhærent, sed electicam Philosophiam, & quicquid rationi maximè consentaneum est, amplectuntur, spes non deficiat, in earum etiam causas mente pertingendi, quod in aliquibus earum jam feliciter successit. In auro potissimum hoc nomine consideranda veniunt. 1. *Solubilitas ejus in aqua regiâ* i e in aquâ forti sale communi vel am̄oniaco alteratâ: quæ tamen accedente certâ præparatione in eodem irrita reddi potest. Deinde *Calcinatio* difficillima, aut in igne rectiùs nulla. *Destructibilitas* s. radicalis διάλυσις quocunq; etiam modo tentetur, præter modum ardua: & tandem *Vis ipsius fulminandi* certâ præparatione & admotis certis salibus eidem conciliabilis. De quâ tamen ampliori sermone ubi de operationibus agetur, occasio dabitur.

Cap. IX.

DE LABORIBUS CIRCA AURUM METALLURGICIS.

Quemadmodum plerorumque metallorum, ita & auri quoque integræ massa

rarif

rarissimè inveniuntur, quæ solidum & purum metallum, quod nullâ amplius secretione heterogeneorum indigeret, continerent. Et historiæ quæ tale quid narrant, inter eas pertinent, quæ nonnisi perrarò eveniunt. Nimirum usque adeò natura divitias suas sine laboribus non vendit, & quemlibet nucleum sua ambit nux, cujus durities priùs frangenda est, quàm illam degustare liceat. Aurum itaque pari ratione, non nisi matricibus suis adhuc impactum, vel aliis saltem minùs perfectis cohærens aut immixtum artis ope pro liquefactione & refinatione suâ omninò indiget. Scilicet ut, quicquid admixtum est heterogenei, id ignis, aliorumque additorum ope, quorum vim sustinere non valet, in unam massam cogatur, & sic latentes intra illas particulæ metallicæ pariter ex iisdem extrusæ vel liberatæ in unum corpus homogeneum congregentur. Id quomodo in auro fiat, quâ poterimus brevitate deducemus.

Quantum ad mineras adhùc intra terræ viscera absconditas attinet, modi eas investigandi utplurimùm generales sunt, & non tàm ad unum alterumvè metallum in

ſpecie pertinent, quàm ad omnia indiſcriminatim: Niſi quod virgulam aliquam divinatricem, ſeu metallorum exploratricem nonnulli narrant, eamque alii ex virgâ coryleâ ejuſdem anni bifidâ, alii ex ſurculo betulæ bifurcato fabricant, quæ utroque pollice compreſſa & obverſis manibus geſtata, apice ſuo illùc ultrò inclinaret, ubicunque aurum vel argentum reconditum jaceret: Sed Glauberus, ut ſolet talibus abundare globulum ex electro conflatum, atque in medio perforatum coryli ſurculo immittit, eumque ait, ſi erectus circumferatur, cum mineræ immineret, ſuâ ſponte depreſſum iri. A pleriſque tamen pro commento incerto, infido, ſuperſtitionis, imò utplurimùm fraudis ac illuſionis pleno habetur. Per me ſua cuilibet fides libera eſto, mea mihi. Minùs fallacia & toto orbe recepta, quæ in genere metallum in terrâ latitare arguunt, ſigna potisſimùm ſunt ſulphureæ exhalationes, quolibet manè conſpicuæ, aliquandò inſtar coerulearum flammarum, cœlo inprimis calidiore, hinc inde diſcurrentes; E quibus conſequuntur etiam montium ariditas, gramina in iis ſolito tenuiora, nullæ her-

herbæ, niſi ſtoechades, halianthum, auricula muris, muſcus, atque id genus plura, ſicco ſolo innaſci ſolita; ac tales montes, ubi nempe hujuſmodi herbæ vegetantur, utplurimùm habent plumbum; è contrà ubi fumaria potiſſimùm creſcit, ſæpiſſimè ferrum reperitur; porrò quandò longus aliquis in ſylvis tractus ex arboribus contortis, foliis pallentibus inverſis, contractis & hiſpidis componitur: Nec non, ubi metallica contenta per ramenta ac veluti fibras ſuæ ſpeciei, in fluminibus propinquis conſpicuos extrinſecus ſe produnt; & quod eò quoque recidit, ubi homines in viciniâ habitantes morbis afficiuntur, qui ab aquis metallico contagio infectis fluere ſolent, uti in ſtyriâ ſtrumis gutturis &c. Quò etiam accedit modus, quem Barba, part. 1 c. 24. metallicolas obſervare ait, dum ipſos ferro ad hoc apto inſtructos, foramina & rimas montium, imbrium torrentibus elotas, adire, vel pedem ſaltem montis circumire, ibique lapides, quos metalliferos judicarent, examinare ait: dein judicare, unde delapſos illos fuiſſe oporteat, eamque circiter indaginem tamdiu proſequi, donec nullos amplius inve-

 niant;

niant; indicio, ibi proximè egestos, atque ibidem venam, unde prodiissent, exitum habere: Quod non malè ad nostrorum metallicolarum modum, quem **schürffen und muthen** / ni fallor vocant, mineris parùm infrà horizontem sitis inveniendis certè convenientem referas, dum nimirum terram ad aliquot passus in circumferentiâ, ad præcedaneam quandam suspicionem, parùm profundè effodiunt, & quid ibi lateat, examinant, spe suâ multoties non frustrati. Ast quæ de terræ vicinæ coloribus affert Barba, atque in specie aurum in terrâ rubrâ vel flavâ, rubro diluto imbutâ & lateri benè exusto simili; idem verò etiam in divitibus in Oruro & Chiantâ fodinis albæ calci immixtum perhibet, atque ob harum nondum firmum omninò indicium caput rei ad domicasticen reiicit, apud ipsum videri possunt. Qvis enim hic omnia persequeretur, & tempus melioribus destinatum his impenderet, quæ alibi abundè pertractantur. Firmiorem de specie, qualitate & quantitate metalli in minerâ aliquâ contenti notitiam Docimastica subministrat, quæ in mineris per nitrum tartarumque (addito in agrestio-

ribus

ibus venis aliquantulo ſcobis ferreæ) medi-
nte igne liquativo, quicquid metalli ineſt,
n regulum ſubſidere, materiam verò lapi-
leam, cui impactum id fuerat, & quæ poſt
ablutionem (nachdem es gepucht / ge-
waſchen oder geſichert / und zu ſchlich
gezogen) ipſi adhuc adhæſerat, in vitrum
bire facit.

Solum ferrum abſque ignis ope, per
nagnetem bonum è minerâ ſuâ in pulve-
em redactâ illud mox ad ſe rapientem prodi-
ur. Aliàs per fuſionem mineræ cum vitro
veneto idem experiuntur, cujus color ſi vi-
idis, æs, ſi coeruleus vel ruber ſit, argentum
vel aurum ſubeſſe arguit. Aurum autem &
rgentum, tametſi omnibus metallis in-
int, in omnibus tamen non adeò copioſa
ſunt, ut laborem & ſumptus mereantur
mò interdum jacturam reliqui metalli re-
ſarciant, quam, ſi ea ſeparatim habere ani-
nus ſit, facere oporteret. Intereà quantùm
eorum in quâlibet minerâ vel metallo adſit,
commodiſſimè per adjunctum plumbum
ruitur, cujus ad minimum quadruplùm, in
rebellibus octuplum, duodecuplũ & ampliùs
... cum ipsâ minerâ in furno probatorio

liquatur, donec plumbum omne metallu in se absorpserit, lapis verò & reliqua mineræ heterogenea in vitreas scorias abierin. Hinc metallum illud compositum scor dictis excutitur, & in capellâ, è probe elo cineribus crematisque ossibus formatâ, ig iterum probatorio committitur, ubi succes temporis, absorpto in cupellam omni plum bo, cum adjuncto metallo impuriori, gr num argenti puri, factâ coruscatione, (na dem Blick) in capellâ relinquitur, quod d inde in laminam tenuem redactum, & a aquâ forti corrosum, omne aurum quod se habet, in fundum demittit, facilè in catill probatorio reducendum. Non dispari ra tione, & forsan commodiùs pro hoc scop antimonium assumitur, quod cum metall v. g. cupro, stanno vel plumbo igni com mittitur, adiiciendo sensim nitrum ut sulphu antimonii in scorias convertatur, quibus au cto igne liquatis, regulus metallicus, in fund subsidet, qui in cupellâ aurum argentumv suum relinquit. Sed si de solo auro tantùm ut in silicibus quibusdã & arenis, quæstio sit eleganti, neque antè quod sciam vulgato ex periméto illud proditur, si minera elota aqua

re-

regiâ ſolvatur, ſolutio aquâ ſimplici copioſâ diluatur, atque dein ſtanni lamina iniiciatur: Quodſi enim aliquid auri ſubſit, ſolutio confeſtim colorem eleganter purpureum induet, & ſtannum odore ſuo auro aliàs infeſtisſimo imbuendo aquam atomos ejus purpureos ad ſe rapiet; ſecus, ſi nihil.

Sed hæc de probatione metallorum ut vocant, jam nimis multa: quam prolixius atque ampliùs longè proſequuti ſunt Agricola, Erkerus, Lôhneiſer, Fachſius, & latino ſermone eleganter Olaus Borrichius, aliique: apud quorum tres priores latè etiam diducta inveniuntur, quæ mineralium inventorum effosſionem; nimirùm excavandos puteos, cuniculos agendos, & exædificandos, (ſchacht einſencken/ ſtoll treiben / die Gebäude) & alia, cum innumeris ſuis circumſtanciis attinent, quæ noſtra non ſaltem parùm referunt, ſed maximè pagellarum harum anguſtiis non caperentur. Extracti porrò aurei metalli è terrâ ſecretio ac præparatio breviter peragitur, I^mo^ mineræ comminutæ Lotione (wann daß Ertz gepucht/ wirdt es gewaſchen) per aquam ſimplicem puram, quæ particulas ſabuli aut lapillorum

in

in levem pulverem redactas secum aufert, su-
sidentibus intereà particulis gravioribus m-
tallũ proximè continentibus, vel metallici
II. Tostione leviculâ pro sulphure extern
& sylvestri blandæ evaporationis medio ab
gendo, quod aliàs, si minera, præter ej
separationem, fusorio igni committeretu
violentiâ istius agitatum, indomito atq
acri suo acido irretitas metalli adhuc dispe
si particulas, pariter agitatas, secum auferre
omnemque laborantium expectationem
eluderet. Barbæ quidem part. 2. c. 8. 9. 1
11. tostio hæc velut deprædatoria, & vel tc
tum metallum in vitriolum convertere apt
sicque mercurio in id ingressum præcluden
non probatur, nec, nisi ante comminutio
nem, & illius saltem facilitandæ gratiâ, i
integris lapidibus instituatur, ipsi placet: Se
seipsum tamen mox eleganter conciliat, a
simul tostionis, in mineris, ubi eam necessa
riam esse fatetur, utiliter instituendæ modũ
cum cautelis contrà ea quæ exin metuit
inconvenientia, utique non contemnendis
exponit: quem huc exscribere admodum
præter rem esset. Quo etiam pertinet mi-
nera

alium, quæ id ob volatilitatem suam, vel djuncta heterogenea arsenicalia, victriolica, c id genus alia minùs coercibilia exigunt, n commodis menstruis, lixiviis &c. macerationes, coctiones atque lotiones, pariter apud llos videndæ, quibus hæc ex professo, per-ractantur.

III° Mineram hâc ratione præpara-am fusioni tandem subiiciunt, quæ omnia apidea atque impura in scorias vitreas con-vertit, metallum verò in unam massam coi-e facit: additoque plumbo reliqua metalla, ınà cum ipso, post aliqualem per accedens alinum, purgationem, in cineritio absor-bentur, vel super alià testâ ex argillâ in li-thargyrium facessunt, solo superstite auro vel argento. Quantùm ad hujus operatio-nis circumstantias attinet, fusiùs de iis auto-res jam laudati scripserunt. Sed peculiare est, quòd Josephus â costâ refert, in Potosi minerarum fusionem peragi non posse, ni-si vento istius loci spirante. Sed melior ta-men hâc fusione, & qui in mineris auro di-vitibus tùm operæ pretium solvit, tùm mul-tum metalli servat, modus est in Peruvianis mineris usitatus, & â Barbâ fusè descriptus,

metals

metallum per mercurium additum, cum qu amalgamatur, ſecernendi, & poſt hunc ite rum ab eodem per ignem evocandi, ut ipſ ſalvus, aurum argentumvè purum poſt ſe re linquat: qui in dicto Barbæ libello facilè pa rabili, & qui jam omnium manibus verſatur prolixè explicatus videri poteſt.

Reſtat tandem ultima per aquam regi è minerâ aurum, quod cum omnibus metal lis, præter ſolum argentum, ſolvere apta nata eſt, eliciendi ratio, dum nimirùm iſta mineræ comminutæ affunditur, colatura flavo colore imbuta per ignem abſtrahitur, & relictum in fundo aurum, aliis adhùc me tallis permixtum, per antimonium, modo, de quo jam diximus, vel per aquam fortem etiam ſeparatur.

CAP. X.

DE OPERATIONIBUS CIRCA AURUM CHYMICIS.

CHymia ſicut corporum potiſſimum σύνθεσιν & διάλυσιν ſivè conjunctionem & diſſolutionem, & ex his deinde mixtam â ſennerto pro peculiari ſpecie additam

tam particularum transpositionem & sic
rporis planè immutationem, velut in vi-
ficatione aliisque contingit, intendit; ita
o his scopis diversas numerat operationes,
ırum verò quod ob summam compositio-
s suæ regularitatem arti haud multum pa-
at, ex omnibus illis nullas planè admittit,
si quæ particularum integrantium disjun-
onem, atque sic corporis saltem commi-
itionem præstant: Itaque ex iis præcipuæ
bis considerandæ hic erunt ejus *Purgatio*,
ılcinatio, *Sublimatio*, *Trituratio*, *Extractio*.

Prima aurum nondum in se, sed alienis
huc intermixtum respicit: Tametsi enim
se metallorum omnium purissimum exi-
ıt, alienis tamen occultis, præcipuè metal-
, artificum intentionem eludentibus, sæ-
us in naturali adhuc in mineris concretio-
scatet, â quibus Chymici, quando vel sa-
n vel sulphur ab auro separare, vel aurum
quod potabile conficere intendunt, prius
ud liberare coguntur. Variis ergo pro
c scopo modis illud ipsum conantur, per
vas fortes & stygias, per coementationes
m pulveribus lateritiis, urinâ hominis ma-
factis, & salibus diu urendo, donec omne
ar-

argentum, propter illorum ſubingreſſum, a-
que inde aliâ methodo iterum reducendu
aurum purum dimittat: idque ſi primâ v
ce non ſufficiat, tertiâ repetunt. S
omnium tamen exquiſitisſima auri purgat
antimonio peragitur, dum nempe hujus ſ
circiter partes in crucibulo funduntur, liqu
factis auri pariter fuſi pars una immittitu
vas ab igne remotum concutitur, ut regul
ſubſideat, qui deinde in vaſe aperto poſit
follibus & flammis tamdiu urgetur, don
antimonialis regulus effumans aurum rube
timum atque purisſimum relinquat.

Aurum ita depuratum deinde ſuum e
& cum alienis nihil amplius commercii h
bet: Tum à Chymicis ſubmittitur *Calcin*
tioni, quæ apud eos vel humida eſſe ſolet v
ſicca. Per menſtrua humida ſol in ſubtilis
mum alcool ſivè pulverem comminuitu
Et vulgò hunc in finem aquæ Regiæ i. e. aqu
fortes ſale communi, vel ſale armoniaca
alteratæ aſſumuntur; ſed hæ poſt evapor
tionem maſſulam ſalinam purpuream reli
quunt, in quâ ſplendor metallicus à ſale in
peditus eſt & velatus: ſplendidum verò pu
verem, qui pictoribus ſanè perquam egreg
ir

inſerviat, ſi velis, in ſequenti mechanicâ obtinebis: Nimirum auri drachmæ duæ ſolvantur in aquâ regis; ſolvantur itidem æris viridis unciæ duæ in aceto deſtillato: Confundantur ſolutiones, & dein largisſimè affusâ aquâ fontanâ in vitro per aliquot dies quieſcere permittantur: apparebunt filamenta adinſtar fili ſerici per liquoris compagē diſperſa, & aurum ſenſim in atomos minutisſimos pulcherrimi ſplendoris aurei, pro ſcopo pictorio utiles, præcipitabitur & fundū petet. Quod ſi ſolutionem mercurii ſublimati cum ſolutione auri conjungas, additâ pariter fontanâ, idem obtinebis. Sed hæc humida calcinatio eſt; quam ſiccam vocant, per ignem ſolum, illa difficillima eſt, ne dicam imposſibilis, in quâ nec aurum nec vitrum facile deſtruuntur, quorum illud naturæ opus eſt, hoc artis: Et hoc, quod adeò in igne è cineribus, & arenâ natum, in igne vivit, igne purificatur, quis igne deſtrueret? aurum pariter, tot ignibus ſubjectum, tot modis, tantâ violentiâ tentatum, cui reliqua omnia ſuſtinendo paria non erant, nonne coeteris omnibus â ſe abactis, totum reſiduum permanet, ac de omnibus torminibus inviolatum ſem-

per triumphavit & adhucdũ triumphat. Sanè quod Moyſis artificium ſpectat, quo uſum eum fuiſſe oportet (niſi quidem miraculum ſubeſſe dicendum ſit) ubi vitulum ex auro confectum igne in pulverem combusſit, eundemque aquæ inſperſit, ut de idolo illorum Iſraelitæ biberent, illud non noſtris ſaltem temporibus, ſed antè plurima jam retrò ſoecula inter deperdita abierat, & operæ ſanè pretium facturus eſſet, qui id è ſapientiâ Ægyptiorum revocaret. Alia autem calcinatio ſicca eſt ſecreta illa, quæ per menſtruum ſiccum, mercuriale, & per ignes illos humidos abſolvitur, quorum Artephius & Baſilius Valentinus meminerunt, quâ nulla alia nec difficilior, nec magis eſt naturalior. Per menſtruum ejuſmodi ſiccum id præſtare, ſum̃i profectò ingenii & artis eſt, nec me per integram vitam meam plus unâ vice tale quid vidiſſe memini, monſtrante id amico, qui nunc in Indiis degit orientalibus. Poſſidebat nimirum is vitrum mercurio omninò tranſparente plenum, inſtar liquoris diaphano, ſummè ponderoſo, in quo aurum velut glacies in aquâ calidâ ſub obſcurâ aliquantulum formâ ſubſidebat, liquore interim

nullo

nullo notabili colore imbuto. Res sane admiranda, & in recessu plus habens, ac hic dici potest, & si quæ unquam, speculatione curiosâ dignissima.

Analogæ huic calcinationes sunt, quæ cum phosphoris fiunt, & materiis ejusmodi luminosis scintillantibus, quarum appulsus perpetuus ad laminas auri vel argenti tenues, in aptatis ad hunc finem vitris, aëre tamen non excluso directus, spiritum solis vel lunæ blandè evocare aptus est. Communis aliàs calcinatio per mercurium fit, per ejusmodi mistionem cum auro, dum nempè illius partibus quatuor aut sex circiter in crucibulo calefactis, auri in tenues bracteas malleati, & minutim discissi, vel limati pars una immittur, ubi mox aurum omne â mercurio absorbetur, & cum eo in unam massam albam & lentam abit; quod artificibus est amalgamare. Talia dein amalgamata diuturnâ coctione & digestione semper in pulverem abeunt brunum Heslingio azoth dictum; ac reperiuntur, qui, postquam ejusmodi massas per annos duos integros in calore arenæ detinuerunt, medicamentum inde nacti sunt duobus granis satis potenter sudorem

 mo-

movens, utut ipsi interim pro scopo aurifico id coctionis instituissent, præter rationem admodum, juxtà quam ex nudâ corporum cum corporibus mixtione, sine prævià eorum spirituificatione nihil sperare jubemur: mercurius enim nihil agit, nisi quod auri poros libenter subeat, & particulas ejus integrantes â se invicem disgreget, facilè rursus ab iisdem vel odore quasi ignis saltem abigendus. Idque in auro facillimè præstat, cui levissimo tactu vel halitu etiam adhærescit, secus atque cum aliis metallis, è quibus tamen cum argento amalgama constituit rubri coloris, & in calore facilè efflorescens, cum cupro nigrum semper & parum efflorescens; cum ferro autem nihil commercii habere velle videtur, nec nisi per artificium cum eodem conciliari potest; plumbum & stannum facillimè & subitò subintrat.

Sublimatio auri vel ad sublimationem tincturæ cujusdam solaris, vel pro floribus auri acquirendis instituitur: atque hæc præstant sequentes duæ operationes, quæ mediantibus menstruis mercurialibus peraguntur; & earum primâ aurum in elegantissimos crystallos vel rubinos rubicundissimas elevatur,

Ni-

Nimirum recipe nitri optimi orientalis in minutiſſimū pulverem triti uncias quatuor; indantur retortæ: affundantur unciæ quatuor olei vitrioli rectificati; deſtillentur ad ultimos ſpiritus; prodibit aqua fortiſſima: deinde recipe ſalis communis decrepitati uncias quatuor: indātur pariter retortæ; affundantur olei vitrioli rectificati unciæ quatuor; diſtillentur ut prius; quod prodibit priori aquæ forti conjunctum dat aquam regis potentiſſimam. Huic aurum ſecundùm pondus naturæ committe, & in inſtanti ſolvetur: ſolutionem cum tribus cohobiis deſtilla ad mellaginem: huic mellagini adde olei vitrioli duplum, deſtilla igne forti ex arenâ, & aſcendent elegantiſſimæ rubini. Altera operatio celerior eſt, dum nimirùm in eâ aurum ſpatio unius horæ in flavos flores ſublimatur, delicato interdum carmeſino colore ludentes, & inſtituitur hunc in modum; 1° præparetur menſtruum joviale, quod Libavio perpetuum fumitorium nuncupatur, ſequenti methodo: fiat amalgama ex ſtanni partibus octo, & mercurii partibus quinque; hoc amalgama contundatur, & cum mercurii ſublimati æquali portione be-

 nè

nè commiſceatur: pulverem hunc ex retortâ per arenam diſtilla in recipientem ſatis largum; prodibunt ſtatim ab initio guttæ limpidæ, & inſtar aquæ fontanæ clarisſimæ cum barbâ jovis (quam evaporationem aliquam ſiccam florum jovialium alborum appello) comitatæ: ſicque ex materiæ librâ unâ unciam unam ſemis circiter liquoris fumantis obtinebis. II° ſolvatur aurum in aquâ regis in cucurbitulâ, & ſolutio uſque ad remanentiam placentulæ purpureæ evaporetur. III° huic maſſulæ affundatur fumitorium jovis, ſuperimpoſito capitello, & ex arenâ calidâ deſtilletur: ſubitò intrà horæ ſpatium, quamprimùm calor agitare materiam incoeperit, ſpiritus illi fumigantes particulas ſolares magno cum impetu ſurſum rapient, & in rotundos flores flavos cum illis ſublimabuntur. Aliàs negotium ſublimationis florum cum auro fulminante inſtitutum non minùs ſuccedit; ab hoc enim libenter quoque flores crocei elevantur. Eſt autem aurum fulminans pulvis ille, qui ex ſolutione auri in aquâregis, per affuſionem olei tartari per deliquium, (cautam tamen neque nimiam, cùm aliàs vim fulminantem

per-

perdat) aut quod longè melius, per affusionem spiritus urinæ præcipitatur; hic dein pulvis ad minimum flammæ odorem majgno cum fragore dissipatur, sed genio pulveri pyrio contrario non altum, verùm inferna petit, & me judice species quædam auri volatilisati est, quod volatilitatem suam per salia fixa iterum amittere aptum natum. Vis autem ejus fulminandi probabiliter indè est, quod particulæ auri sulphureæ extraversæ è vinculis salium veluti contrariorum, mediante igne expeditæ, & quasi diffracto carcere adeò vehementer dissilientes aërem tam fortiter verberent, non secùs atque sulphur & nitrum in vulgari isto pulvere fulminante, â fixo sale tartari detenta, calore dein ignis exoluta non minori cum fragore in auras dissipantur. Succedit *Trituratio* pro reclusione corporis solaris perquàm accomodata; præcipuè quæ illi subordinatur Molitio aut lævigatio continua vel additâ salivâ, cum quâ aurum foliatum per 14. dies in mortario fortiter tritum in massam nigram sulphur redolentem abit, vel per se sine alius additione, nam & hoc modo non minùs in pulverem nigricantem & sulphur redolen-

dolentem tranſire ſolet. Ardentiſſima aurum radicaliter ſolvendi cupido hujus quoque operationis commoda invenit, hâcque trituratione ſolutiones auri haud ita pridem numero auxit, non incongruâ certe, licet ſcopum quæſitum nondum aſſequatur.

Reſtat tandem operationum ultima *Extractio*, quæ cum ſolutionis quoque effectus ſit & ab ea dependeat, facilè erit judicare, qualis eſſe poſſit, & an genuinam uſpiam expectare liceat, cum texturam principiorum maximè firmam, & elementorum fixitatem tantam in auro hactenus viderimus, omnem ejus radicalem ſolutionem adhucdùm excludentem:

Hinc ſi de ſulphure auri aliquid dicendum, illud ſeparatu ſummè difficile, & modis illis ordinariis ac artiſtarum, ut loquuntur, per menſtrua ſalina, ſaturnina, urinoſa, nullatenus parabile, longè minus autem per debiliores illos ſpiritus mannæ, roris, mellis, vini, cornu cervi, expugnandum, unde poſteà tot ac tantæ tincturæ ſuppoſititiæ, tot aura potabilia rectiùs putabilia emergunt, quorum color profectò à digeſtione potius, vel additæ etiam materiæ tincturâ, quàm

ab

ab auro naſcitur. Eſt tamen modus adhuc alius, quique hactenus ſecretior fuit, quò, per ſingularem auri mediante liquore jovis præcipitationem, ſulphur ejus fixum eleganter extravertitur: Nimirum: I°, juppiter anglicus quò purior, eò melior, in aquâ regis totaliter ſolvitur, ut inde ſolutio ſaturatè flava, vel planè vino rubro ſimilis fiat; quod obtinebis, ſtannum ſenſim iniiciendo, ut à corroſivo liquore abſumatur, atque ſic iterum iterumque iniiciendo, uſque dum ſolvens ab injecti metalli copiâ viſcoſum evaſerit; ſic per aliquot dies ſolutio hæc in aëre libero relinquatur, ut gas illud ſylveſtre aquæ fortis exſpiret; & ſingulo mane cibetur novo ſtanno, donec partes corroſivæ debellatæ quaſi cum particulis metallicis non ampliùs exæſtuent, ſed in ſulphureas potiùs amicè agant, & texturam ſtanni ſine ſtrepitu diſſolvant, ſeqve ipſas delicato vel aureo, vel rubro potiùs colore tingant, tanqvam indicio perfectè jam elaborati aurei præcipitantis. His peractis II° fiat ſolutio drachmæ unius auri in aquâ regis more conſueto: III°. in vitrum ſatis capax amplo orificio præditum largisſima aquæ commu-

nis quantitas infundatur; in hanc aliqu ſolutionis jovis, & paullò poſt tantundem ſo lutionis auri, ac ſtatim curioſam omninò au præcipitationem in aqvâ illâ fontanâ vide bis, utpote colores cardinales tres in aur extraverſos oculis exhibentem, flavum n mirum, coeruleum, nigrum, qvi paullò po interventu aëris in purpuram eleganter ru bentem abeunt, ſupernatante interim nu beculâ ſalinâ.

Atqve hæc quidem purpura eadem e cum illâ, quæ in digitis, ſolutione auri ma defactis, ſe prodere ſolet, & neſcio, anno eadem utrinqve ratio ſubſit; ſicut enim corpuſculorum jovialium refractione, quibus ſolutio ſtanni impregnata & quaſi ſaturata eſt, atomi ſolares, mediante aqvâ, è vin culis ſuis ſalinis liberantur: ſic non diſſimil ratione in digitorum, manus, aliarumve partium cute particulæ illæ tenuiſſimæ auri à ſpirituum appulſu, vel à ſubtili ſanguinis ſeſo ſenſim illas diluente, flavedine ſuâ exuuntur, & in colorem purpureum veluti ipſis naturalem commutantur.

Nobilisſimum ſanè experimentum ingeniis curioſioribus non ſaltem egregiam

altiùs

ſtiùs inqvirendi anſam ſuppeditans, ſed & multis uſibus in aliis laboribus Chymicis & Mechanicis accom̃odatiſſimùm exiſtens. Indubitatum enim eſt, præcipitato hoc auri, vel purpurâ ſolari, expertum ac habilem chymicum elegantia multa præſtare poſſe; imò cum liquore ipſo etiam jovis: inſerviet enim non ſolùm pro magnetico contentorum in multis mineralibus, lapidibus, granatis, arenulis &c. exploratore: ſed inſuper pro colorum è vegetabilibus etiam extractione; ejus quippe medio omnis generis colores exaltantur, atqve in viſcoſo ejus corpore melius detinentur: quod ante annos abhinc non multos egregio artis tinctoriæ emolumento innotuit, ut nunc tinctorum non pauci pannis ſuis pulcherrimam coccinellæ (quemadmodum alii artifices vitris coccinellæ aureæ) purpuram, ejus tantùm ope, inducere nôrint. Ut ſileam qvantum in tingendis ſilicibus, cryſtallis, emmaliis item purpureis efficiendis posſit. In ſalibus certè tingendis quibuſcunqve, alcalibus, nitro, ſale communi, aliiſqve volatilibus, pro inſignium medicinarum præparatione non infimum habet locum: & vix aliud quàm

ſolis ſulphur reperiri mihi perſuaſum habe, quod id præſtet: utut enim ſulphur cor mune nitro rubedinem aliquam concilia aptum ſit, inconſtans tamen illa eſt & fuga Neqve verò etiam ab auro id ſinè dexte tate certiſqve manipulationibus benè exp ctes. Niſi enim certâ rem encheireſi tr ctes, purpura ſolaris ſolâ digeſtione ad flav dinem ſuam redit, ac in aurum reconcentr tur; ſed hæc omnia prodere & inconſid ratè effutire velle hominis eſſet ſtulti, & i præclariſſimorum virorum labores injuri qui non niſi longâ rerum experientiâ, & poſt multas fatigationes talium notitian ſunt conſecuti: Hæc de ſulphure; nunc a ſalem, alterum illud Chymicorum princi pium, cui extrahendo eorundem induſtri mirum quantùm inſudat; etiamſi utpluri mum nihil, niſi vitrioli quoddam genus, in de obtineant, è particulis auri integrantibus cum particulis adhibiti menſtrui ſalinis com binatis conſtans, adeoque non ſalem ex au ro, ſed aurum ab addito ſale extraneo diſcer ptum & cryſtallis ipſius intertextum exhibe ant. Communes igitur modos illos aurum in vitriolum convertendi prætereundo, aliud

curio-

rioso Lectore non indignum, vitrioli sola- s genus rubeum proponam, quod per alegma aquæ fortis & salem marinum se- nenti modo confit. Notum est vulgares os destillatores, qui aquis fortibus confi- endis operam navant, phlegma inde studio parare, ut aquam fortem scilicet ex suâ ente, eò fortiorem haberent: verùm hoc sum satis incautè; cum in phlegmate resi- eat spiritus nitri subtilissimus, non certè se- egandus, reliquum verò corrosivum val- terreum, grave ac minus volatile sit: uod idem in phlegmate vitrioli quoque dere est, volatilem quendam spiritum ma- ifestò continente.

Hoc ipsum aquæ fortis phlegma no- is sumitur; e. g. libra una cum salis ma- ini unciis quatuor coquitur, usque dum sal tus exsolutus sit, novum aliquoties phle- ma reaffundendo, donec satis virium acqui- verit ad aggrediendum aurum. Dein ari foliati qvantumvis in hoc menstruo dis- olvatur, & protinus quod mirandum, odor gregius violarum æmulus, ex auro & sale arino nares non modò, sed locum opera- onis ipsum adimplebit: abstracto porrò

ab

ab hâc solutione per evaporationem lentam & cautam supervacuo phlegmate, reliquum per aliquot dies aëri frigido expone, & habebis crystallos solis & salis rubicundissimo violacei odoris nec ingrati etiam saporis.

Mercurium solis quod attinet, hic Glaubero magneticè parandus videtur, quem in finem etiam corpus auri attractivum factum & aëri expositum tractu temporis in mercurium verti docet, atqve non ipse saltem hoc in Pharmacopæâ suâ spagyricâ parte IV. pag. 47, 48. seriò scribit: sed & Beccherus supplem 1. pag. 77. Glaubero se non crediturum fuisse narrat, nisi metalla attractiva facta in aëre tractu temporis in mercurium abiisse ipse vidisset. Quantùm ad modum parandi talem mercurium, non equidem adeò improbabilis apparet, sed potiùs rationi & experientiæ congruus, per spiritum scilicet mundi recludendam esse mercurialem in auro substantiam; qui verò mercurium auri expectant ab illo communi fluidificante & arsenicali labe infecto non differentem, illi profectò graviter errant & nescire videntur, qvod mercurius auri â sulphure suo interno æternum separari

non

on possit, sed fortificari quidem homoge-
â aëri essentiâ, ut ad incredibilia progre-
atur.

Qvicqvid sit, è quingentis & ampliùs
rcà mercurificationem metallorum expe-
mentis, ne unum quidem mihi evenisse
ndidè fateor, è quo possibilitatem ejus
oncludere licuisset: quin reverà credo, si
iis è contingenti mercurius in laboribus
ujusmodi repertus fuerit, eundem admix-
im potiùs atqve adhærentem mineris (sicut
on rarò tria vel quatuor mineralia in unâ
atrice simul seminata reperiuntur) non
erò ex iis factum aut è principiis eorum
isse extractum: quid autem si in imperfe-
is metallis maxima difficultas sit, de auro
spectandum & ejus compage multò durio-
? Verùm si inter tot magnalia, quibus to-
is scatet Glauberus, mercurii auri oblitus
isset, periculum esse poterat, ne primus
ter Alchymistas mentiri desiisse videretur.

Terræ in auro extractio, vel rectiùs
ctraversio in sublimatione auri, pro animæ
us translocatione, vel in aliud corpus
ansposítione, intendi solet; remanente
imirùm post aliquot destillationes ejus &

coho-

cohobia cum menſtruo antimoniali; cui quâ ſeparationem talem utplurimum qua[illegible] runt, terrâ aliqvâ nigrâ, aliquando etia[illegible] albâ; quid in hoc genere operandi mi[illegible] ſucceſſerit, paucis hic communicabo. I° r[illegible] cipe libram unam aquæ regis, cui affu[illegible] dantur unciæ quatuor butyri antimonia[illegible] ſenſim, donec effervеſcentiæ & reaction[illegible] utriuſque menſtrui ſedatæ ſint: clara ill[illegible] ſolutio decantata menſtruum exhibet ant[illegible] moniale uſui poſtmodùm futurum. II[illegible] ſolvatur aurum in aquâ regis & deſtilletu[illegible] ad ſiccitatem, vel remanentiam maſſul[illegible] purpureæ: III° huic maſſulæ (quæ ob ad[illegible] hæſionem ſalium faciliùs ſolvitur) ſuperaf[illegible] fundatur aqva fortis illa antimoniata ſupe[illegible] rius confecta; digerantur leni balnei calor[illegible] prodibit ſolutio prorſus nigra, quæ tame[illegible] aëri obverſa intenſam exhibebit rubedinem deſtilletur hæc ſolutio ad remanentian maſſæ obſcurisſimè nigræ, idque pluries novum ſemper menſtruum reaffundendo poſt aliquot cohobationes aurum tandem i[illegible] maſſam redigitur nigram, ſolubilem & coa gulabilem, quæ paulatim in cryſtallorun rubeorum formâ ad latera vitri ſe ſublima

cum

cum venulis auri ſanguineis remanente terrâ nigrâ; ſed lentisſimâ deſtillatione & phlegmatis evocatione, ut ſpiritus in fundo relinquantur tantum, opus eſt, qui deinde in ſalem vel vitriolum nigrum cum corpore terreo coagulantur; & quo ſæpiùs menſtruum affunditur, eò copioſiores auro ſpiritus comparantur, & cryſtalli tantò aſcendunt elegantiores.

Nigra illa placenta quæ remanet aurea, ſi ipſi affundantur aquæ illæ deſtillando receptæ, & ab eâdem lentisſimo cinerum igne iterum deſtillentur, mutabitur in maſſam colorem calendulæ referentem, totam ſalinam; cui rurſùm affusâ aquâ forti antimoniatâ, & inde aliquoties abſtractâ, remanebit terra ut ante nigerrima, & ad ſolem ubini inſtar ſplendens. Sed quis tandem horum laborum finis atque eventus ſit, ſi ſcire aveas, vel quæ formæ ab auro ſeparatio, quæ particularum contigerit tranſmutatio, illudipſum experieris affundendo ſublimato aureo vel cryſtallis rubeis oleum antimonii; nam confeſtim præcipitabitur aurum in proprio ſuo colore, ab omni cum ſpiritibus commercio liberum, & mecum

dices, alio & quidem potentiori, quàm fuit antimonium, præceptore opus esse quo aurum magistrari debeat.

Cap. XI.

DE AURO NOSTRO.

Sive Materiâ lapidis, & seminis auriferi exhaustione.

HActenùs de auro vulgari multa dict[a] sunt: licebit sub finem etiam de aur[o] Nostro, de quo Patres quoque nostr[i] narraverunt, pariter aliquid recensere.

Acerrima profectò sed reverà etia[m] speciosa, misochymicorum querela, de obscuro illo alchymistarum & ænigmatic[o] scribendi genere, ubivis solet audiri.

Quotcunqve enim ajunt, de Auro Nostro vel de materiâ lapidis philosophici scri[p]serunt, studiò in id incubuisse videntur, u[t] Ægyptios illos vel zygeinos, per provin[cias] hincinde vagantes, imitarentur. Quem[ad]admodum enim isti hominibus credulis vit[æ] suæ contingentia prædicere & futuræ su[æ] fortunæ catalogum texere consueti sun[t] murmurando varia barbara & anticoselen-

tic

tica quasi ex orbe lunari deducta verba, quibus apud credulos, fortunas suas prævidendi avidos admirationem, & hanc deinde consequentem nummulorum aliquot erogationem, mereri, utplurimùm non in vanum conantur. Similem modum ipsis videtur, aut Alchymistas ab his, aut illos ab Alchymistis mutuasse, dum in describendo suo Nostro grammaticâ quadam vetusta anticomarinâ usi, & ex eâ nonnisi horribilibus, monstrosis & non intelligibilibus terminis gavisi fuissent. Quid malum, enim ajunt, sibi vult brumazar, vvoarchodumia, adech, scindapsi? quid sibi vult tabula smaragdina Hermetis? quis Oedipus expediet hoc ænigma? quid vult lutum sapientiæ, caput corvi, cervus caprizans, bufo gradiens super terram, bos tumidus, leones lunati, draco chymicus qui in aquis tabulatur & ejusmodi crudelia nomina plura, quid sibi volunt, nisi ut ex unguibus scilicet & ungulis horum brutorum & lenocinii hujus chymici interiora agnoscere possis?

Quorsùm porrò spectant allegoriæ & fabulæ (pergunt) de Jasonis, Herculis & Cadmi laboribus, de Phœnice, servo rubro ac

odorifera ejus uxore, & ſanguine gemellorum fratrum, & ſexcenta alia vetuſto arabica & de Marocco, aut ex alio quodam mundi angulo, ubi homines loquuntur quidem, ſed ſeipſos non intelligunt, petita vocabula chymica, niſi ut hiſce perterrefactum Plutonem ipſum ad latrinam fugare poſſis? adeò, ut permulti exin cōcludere auſi ſint, eò, quod nec terminos ſcientificos, nec methodum ullam in libris illorum invenerint, eos ſecretum ſuum non tanquam artem vel ſcientiam, ſed potiùs tanquam caſum aliqvem operationis fortuitò expectandum, propoſuiſſe: ideoque nullo alio fine legendos eſſe quàm ad fallendum tempus & exhilarandum animum, nonſecus atque Ovidii metamorphoſes, Apuleii aſinum aureum, & hiſtorias amorum, aliaſque vulgari verbo Romanzias dictas pervolvimus. Ad quid enim talia legi conferret ſi intelligi non deberent.

Quamprimùm enim (ita proſequuntur) curioſus Lector librum aliquem chymicum ſaltem aperuerit, ſtatim ſentiet ſibi occurrere metaphoricum illud nonſens ſub ſylvâ obſcurorum & ænigmaticorum nomi-

nominum occultatum: primo intuitu percipiet autoris mentem non fuiſſe, quod intelligi vellet, ſed ſcripſiſſe duntaxat, ne intelligeretur. Confeſtim enim artis amatoribus omnem ferè ſpem præſcindunt trito hoc inter ipſos adagio.

Ubi palam loquuti ſumus, ibi nihil diximus:

Et apertè eloquuntur nonnulli mendacia ſe ſcripſiſſe, ubi veritatem crederes, quod profectò candidè fatentur, & vix unqvam tam candidè loquuntur, atqve tùm, ubi hæc dicunt.

Sed ſi pagellas aliqvas libri fortè pervolvere incœperis, DEus bone! qvantâ nomininis & tropi varietate materiam, i. e. mercurium & ſulphur ſuum, obtrudunt; ac ſi excutere velis, quid rei ſub iſtis nominibus lateat; (nam vulgare ſulphur, vulgarem qvoqve mercurium ab opere excludunt) millenas voces in medium proferunt, ænigmata ænigmatibus deſcribunt, & metaphoras metaphoris illuſtrant, in quibus ſenſûs poſtquam diù venatus fueris, ſi tandem, veluti lacera Hippolyti membra, hinc inde reperta ſperes, atqve in unum corpus

 coapta-

coaptare velis, neqve adhuc alterum alteri qvadrare, nec quemcunqve in iis consensum deprehendes. Nam hic autor viam siccam ambulare vult; ille humidam incedere, alius aërem commendat, alter aquam; hunc natare velle dicas, alterum volare: alius mercurium docet ad opus sumendum, alteri pars saltem mercurii placet: nonnullis planè duplex mercurius, & triplex sulphur: ille duo suggerit principia; hic unum saltem, alius tria; antiqui illud nostrum rem vilis pretii appellant; correctorium verò stultorū acriter in eos invehendo materiam non ubivis esse obviam evincit; nonne tandem, ut his tricis artis scrutatores seducant & confundant?

Qvod si deniqve ad finem libri perveneris (ajunt) si nihil intellexisti, stultior atqve ineptior librum, sed prudenter abiicies, ac moerore poenitentiaque plexus, deperditi temporis jacturam lugebis; somnia enim, aut inventa ænigmata, aut vafrorum virorum imposturas & fraudes legisse credes, quibus multi viri egregii & scientiis & pecuniis suis sunt privati: Ubi verò tractatus magis sobrius tibi visus fuerit; materia arrise-

riserit, & jucunditas fabulæ mentem attraxerit, in fundo nihilo minus ex lectione illâ reportabis metaphoricum quidem multum, sicuti qui de aureis montibus somniare consueverunt, sed in marsupio equidem valdè parum.

Atque hic quidem scribendi modus (in specie ajunt) inter Alchymistas maximè viget, dum de Auro Nostro sermonem habent, quemadmodùm in genere nihil in scriptis illorum frequentius vel difficilius occurrere videas, qvàm tædiosum illud nostrum: de materiâ suâ vix tria verba faciunt, qvæ æternum illud nostrum, nostrum, non comitentur: ubique aurum nostrum, luna nostra, mercurius noster, magnesia nostra chalybs noster, & quid non nostrum è ut non inconcinnè forsan in eos quadret distichon illud Nostradami:

Nostra damus cum verba damus, nam fallere nostrum est,
Et cum verba damus nil nisi Nostradamus.

Hæ circiter solent esse misochymicorum qværelæ & gravamina, quibus ex uno obscuro & ambiguo Alchymistarum scribendi genere totum istud studium pretio suo, quod hu-

hucuſqve apud curioſos obtinuit, orbare intendunt; ſed nec nimis tamen longè his omnibus reſponſio petenda videtur.

Meminerint enim, quemadmodum duplex horum autorum claſsis eſt, qvarum prima eorum, qui deeò ſcripſerunt, qvod poſſidebant, & cujus experientiam ipſimet habebant, qvos vulgò Adeptos dicunt: altera eorum; qui ſibimet aliiſqve imponunt, & vel conſultò decipere ſtudent, vel ſua ſaltem cogitata, quæ judicii parum firmi peccato ipſis tamen vera videntur, aliis obtrudũt: ita utriſque tali ſcribendi genere uti prorſus neceſſum fuiſſe: Adeptis quidem, ut occultarent ſcientiam ſuam; ineptis verò, ut, quod ignorabant, idem etiam occultarent.

Illi nimirùm vix alio ſtylo ſemetipſos explicare poterant, niſi artem ſuam omnibus propalare, & coram idiotis etiam viliſſimis proſtituere voluiſſent, unde enormitates multæ, imo pericula prorſus philoſophica, quorum Philaletha cap. 9. meminit in introitu ſuo pag. 29. ſecutura metuere debuiſſent.

Inepti verò quod ridendum, doctrinam ſuam verbis non minus obſcuris docere cogeban-

ebantur ut nempe mundus idem ignora-
et, qvod ipsi ignorassent; qvare falsa sua
e ficta arcana per emblemata itidem & sto-
ida hyeroglyphica, vel ipsi Heraclito ri-
ım extorsura proposuerunt; qvorum scri-
ıta tamen qvomodo dignoscenda & ab aliis
nelioris notæ destinguenda, in Protocollo
neo chymico quantum licebit deducetur.

Ut itaque multa paucis concludam &
ic toti huic rei apicem imponam, omnia
hymicorum sed verorum possessorum
cripta & falsa esse possunt & vera, nimi-
um, si ad captum & intellectum legentis
eflectas: unde non potest non diversus re-
ultare respectus: itaqve si quis eadem in-
elligere ad literam vellet, profectò eidem
alsissima forent. Qvi verò sagaciori ju-
licio ad rerum ergà se invicem habitudinem
z ad authorum consensum respexerit, si in
ıoc satis felix fuerit, non dubium est, quin
idem maximè vera sint futura.

Proinde qui ad talium librorum lectio-
ıem se accingit, eum sanè subtili rationis
ribro omnia cribrare oportet; autoresque
ic legere, ut opiniones omnes ad unam re-
lucere studeat. Sic, ubi contradictoria per

diverſos, quibus ea proferuntur, reſpect
conciliabit, ubi aperta cum obſcuris, & ha
iterum cum illis conferet, mirabilem cer
conſenſum reperiet, & ſucceſſu tempo
philoſophos omnes qvamvis diverſis u
fuerint terminis, unam tamen habuiſſe in
tentionem non dubitabit.

Nos qvi ad hujus methodi ductum nc
parum diu inceſſiſſe inter has ſpinas cred
mus, quid tandem ſuper lapide hoc offenſio
nis videatur, quoad poſſibile explicabimus,
auro illi omnium hucuſqve multùm vil
aliquid etiam de philoſophorum iſthoc ſu
ſubiungemus.

Nimirum reſpiciendum eſt ante omn
ad ſcopum, qvem ſibi propoſitum habe
iidem, & quem per aurum illud ſuum, im
per omnia iſta ſua, tantâ ſollicitudine
tanto ſtudio attingere quærunt. Vulg
notum, imo pænè infantibus qvibus tal
vel nutrices inter difficultates ſomni ena
rare ſolent, illum reſpicere tranſmutatione
non omnem corporum (cujuſmodi deſide
rium midæ cuidam, ſed & ſimul aures a
ninas fabulæ antiquæ affingunt) ſed meta
lorum impuriorum in puriſſimum ſcilice
au

urum: id eſt, ut illa, quæ nonniſi impuri-
ate principiorum, & inde fluente eorundem
ommixtione atqve concentratione non-
um ſufficienti nec intimâ ab auro diſtant,
er qvoddam extrinſecus additum intimè
enetrentur, principia eorum recludantur,
n novum motum veluti fermentativum
ieantur, ac per illum tandem ad ideâm no-
i additi veluti ſpiritûs plaſtici & ſeminalis,
n fixam uniformem & perfectam craſin,
oëant ac figantur. His ut ſatisfiat novum
ccedens tranſmutativum oportet eſſe. I°.
enetrantisſimum, ut non in corpus ſaltem,
ed intrà ipſum planè principiorum nexum
eſe inſinuet, atqve ea divellat, mox in ma-
is unanimem & omnium firmiſſimum con-
exum reunienda: II°. *homogeneum* me-
ietallorum naturæ, quæ ingredi debet,
d eſt *ſubſtantiæ mercurialis*, ut ea radicali-
er ingrediatur, ac ceù dictum eſt, intima
orum ſubeat, non rodat ſaltem, aut in mi-
utias diſcerpat. III°. oportet ut ſit *fixiſ-
mum*, qvod illa in actione non præcipitan-
er deſerat, aut avolet, ſed cum eis totum
ermentationis artificialis opus eduret, ac
andem cum iiſdem blandè concentretur:
Ul-

Ultimò necessum erit , ut idem substanti mercuriali metallorum præfatorum, qvai maturare & in perfectionem suam exalta debet, per has qualitates è diametro contr rium sit; ut qvemadmodum illa fluida nimi aqvosa, frigida, volatilis est, ita hæc è conti fixissima, pontica, seu adstringens (qvoa effectum non saporem) terrestrior, calidio id est, fixa, tenuis, penetrativa, non crass volatilis & impura sit: talis autem substan tia, si rectè omnia ponderentur, utut in o mnibus corporibus aliquid ejus inesse philo sophis certum sit, in aliis tamen tàm pauc est, in aliis ita diffusa, alterata, permixt occulta, ut multorum vita non sufficere vel ad tantillum ejus è plurimis corporur evocandum: è contrà probalissimum est i nullo ex omnibus naturæ corporibus, illu manifestius ac in auro abundare, cujus sub stantiam mercurialem omnium optimè ex coctam atqve purissimam esse extrâ con troversiam est. Neqve tamen id simu ignoratur, eandem ibi â naturâ in tantar compactionem, & ut sic loqui liceat, in tan tam corporeitatem redactam esse, ut, lice adhuc tenuissima omnium sit, veluti e

ūſdē extēnſibilitate eluceſcit, eò tamen per-
ctionis nondum pervenerit, ut ſeminii loco
ſervire, & quæ ſuperius diximus, vel in com-
unem mercurium crudum, nedum in ru-
em illum ac magis ſylveſtrem metallorum
æterorum, agere poſſit: unde omnia
videm metalla profundiſſimè intrat atqve
; commiſcetur, ſed ob naturam ſuam
ondum ſatis adhuc ſolutam iiſdem nec in-
mè adhærere, & ſic alia ex iis facere, ea-
em maturare, & principia eorum in har-
oniam ſuæ ſimilem diſponere poteſt, ſed
a ignis & corroſivorum violentiæ iterum
xpoſita cedunt, hæc autem inviolata in pri-
inam ſuam formam revertitur. Nonne
onclusio ex his prompta eſt, ſpiritum agere
ebere qvod corpus non poteſt: qvod cor-
us penetrare eſſentialiter debeat, ſpiritum
ſſe debere, & ab auro ſpirituificato, hoc
ſt, cujus eſſentia recluſa, penetrativa magis
t ſummè ſubtiliata ſit, idem expectandum
ſſe, qvod corporeum ſpiſſum compactum,
vale vulgi eſt præſtare non poteſt? itaqve
oncilianda eſt auro vulgi tanta mercuria-
s ſuæ ſubſtantiæ ſubtilitas & ſpirituoſitas, in
uâ tamen antiqua maneat fixitas, fluiditas, &

vis

vis constringendi, ut metallorum substan-
tiam mercurialem, magis sibi homoge-
neam & consanguineam, intimè subire,
cum eâdem intimè connecti, ac principia
in perfectissimam compagem suæ similem
committere, nec in igne avolare valea[t].
Hoc volunt omnia ista philosophorum mo-
nita, qvibus, ut ex corpore faciamus spiri-
tum, & ex spiritu corpus, identidem ex-
hortantur: ceù sexcentis & ampliùs i[l]-
lorum testimoniis firmare id possem,
temporis rationem minùs haberem. H[oc]
est deinde aurum illud qvod philosop[hi]
suum vocant, qvod â vulgari non minùs, a[t]-
qve vivum â mortuo, corpus vegetum
cadavere, nec injuriâ distinguunt: hin[c]
omnia ipsis metalla vulgaria mortua dicun-
tur, ea verò qva nostra appellant, spiritu[m]
qvasi & animam habentia: hinc exclama-
tio eorum: qvid vitam quæritis inter mo[r]-
tuos! si vitam quæris metallorum resusc[i]-
tare, vitâ opus erit metallicâ. Itaqve
aurum illorum, qvod ipsi, dum de eo lo-
quuntur, voce nostri insigniunt, illud est, i[n]
qvo novam vitam introduxerunt, seu pe[r]
vitæ in auro ligatæ solutionem, seu per vit[æ]
nov[...]

ovæ introductionem, ſivè utroqve mo-
o. Dici poteſt igneus ſpiritus in profun-
o naturæ cujuſdam mercurialis cuſtoditus,
vi philoſophico ingenio excitatus & liber
ctus, ſeipſum explicando, penetrando, di-
tando, terreum auri corpus informat:
no verbo, clarè & perſpicuè; eſt aurum
ı ſupremo gradu ſubtiliatum & penetrati-
um factum, unde meritò à philoſophis ſibi
lis id tribuentibus pro materiâ naturæ auri
roximâ aſſumitur & à communi auro in-
nitis paraſangis diſtinguitur: commune
im craſſum, compactum, ſpiſſum eſt,
etalliſqve non niſi obiter permiſcetur, ob
l, ſicut dictum, ab iiſdem nihil immutatis
cilè iterùm ſecedens: è contrà aurum
hiloſophorum, adjumênto materiæ cujuſ-
am ſpiritualis radicaliter exſolutum, atte-
atum, magis extenſum & magis penetra-
vum factum eſt; unde ergò corpora non
ntum omnia incredibili atomorum ſuo-
m exiguitate penetrare; potiſſimum me-
lla, è corporibus cœteris maximè compa-
ta, eſſentialiter ſubingredi; ſed & craſin
ſorum alterare ſuamque virtutem fixato-
am in iiſdem conſtanter exerere, neque

rur-

rursus in corpoream compactam massam s
orsim ab iis recolligi potest.

Verum enimverò, inquies, ut auru
hoc nostrum obtineamus, & ut aurum vu
gare ad illam dignitatem exaltetur, qu
consilii aut quid opis? nam hactenus, c
tes, quam rebelle non fuit, & quàm nc
ex iis quæ hucusque dicta sunt, quælibet f
rè linea id confirmat? sane ita est, & sic
hucusque non nisi de viis partim vulgaribu
partim aliis etiam curiosis id intelligere p
tes ac debes; nondum de omnibus tame
quæ adhuc arti licent, & paucissimis salte
cognita, alto silentio obvoluta servantu
idem jure concluseris. Manebit sanè a
rum, nec domabitur in æternum, quamd
naturæ isti quam conjungas aliam non h
bes, per quam ista destruatur vel radicalit
recludatur: quod naturaliter prorsùs ir
possibile non esse ipse spiritus divinus innu
dum 1. Pet. 1. aurum & argentum corrupt
bilia vocat.

Sed quid illud sit à quo expectare h
possimus, res sanè altioris indaginis est
quæ hucusque omnium philosophorum i
genia acriter exercuit; nam qui id haber
nc

non aperiunt; qui non habent ratione id affe-
qui laborant, & ex his diverſa capita diverſas
vias ſibi elegerunt. Qui ſemen ex auro extra-
here ac velutâ reliquâ maſsâ ſeparatim colli-
gere animũ induxerunt, reverà graviter erra-
runt: cum ſemine auri enim ita eſt com-
paratum, ut non in loco particulari & â re-
liquâ maſsâ diſtincto, velut in animalibus &
vegetabilibus, conditum, ſed per totam ſub-
ſtantiam diſſeminatum ſit, atque in minutiſ-
ſimâ etiam particulâ contineri dici posſit.
Hoc aliis occaſionem dedit ſubtiliationem
ſtam intimam, quâ ſeminale, & ſui multi-
plicativum redderetur, interventu alius cu-
uſdam, intimè illud ſubeuntis atque inter-
poſitione ſui illud extendentis, quærendi.
Hæc intentio corpus quoddam volatile, ſed
& fixabile, naturæ cum auro proximè ho-
mogeneæ & qualitatum non inimicarum po-
ſtulabat: Ob idque ſeipſos non minus dece-
perunt, qui idem per ſublimationes cum vo-
latilibus, corroſivis, atque id genus aliis, effi-
cere ſperarunt. Omnia enim iſta, præter-
quàm quod natura ipſorum ab auri naturâ
enormiter diſtaret, aurum ſuperficialiter ſal-
tem diſcerptum aliquamdiu detinebant; ob

 vola-

volatilitatem tamen suam levi de causâ iterum deserebant. Aliis itaque mercurius in mentem venit: non adeò certè incongruè; sunt enim ambo corpora valdè similia: mercurius non minus incombustibilis est, atque aurum: hoc in igne totum remanet; ille in igne totus secedit: volatilis enim est, sed & fixus in centro, cum in alia priora resolvi æq; non possit, & ignem saltem fugiat, non ab eo destruatur, nec omni tamen etiam fixationi repugnet: Penetrantissimum esse non modo vulgo mechanicorum, qui eum quotidie per spissum corium transadigunt, sed & curiosioribus notum existit, quibus eundem per vitrum etiam densissimum transire constat, quod â volatilissimo spiritu v. g. vini sperare non licet. In pondere auro ferè æqualis est; amicè adeò cum illo conspirat ac tam facilè cum illo conjungitur, ut calefactum pro aurifabrorum usu confestim sibi uniat, subeatque: sed & latissimè illud insuper extendere ab aurifabris in deauratione quotidiè deprehenditur: denique adeò illud subtiliat, ut ejus etiam aliquid sæpissimè per corium secum abripiat. Quæ omnia quæsiti tam apertè respondent, ut pænè dubium

quod

quodcunque excludare videantur: Neque tamen vulgaris mercurius utut hæc, quæ hactenus enarrata sunt, præstet; adhuc satisfacere poterat, cùm nimis crudus ac impurus auro potius è diametro contrariari in mul is videretur, quàm ut ab eo radicalem ejusdem exsolutionem sperare licuisset. Itaque multa consilia ad substantiam talismodi, qualis optabatur, mercurialem vel è crudo subtiliato & depurato mercurio vel aliundè aucupandam enascebantur: et si quis ejusmodi substantiam, qualem me superius vidisse recensui purissimam, diaphanam, gravissimam, fixissimam, quæ aurum tantâ veluti amicitiâ intrâ se assumeret, atque vicissim ab ipso intimè assumeretur, obtineret: næ eidem apertum Regis palatium esse minus dubitarem. Verum enimverò, quid si substantiam illam, quæ aurum seminale & ad sui multiplicationem dispositum reddere; atque ex auro vulgi nostrum facere deberet, inde expectaremus, unde omnium corporum semina originem suam sumunt: i. e. unde communis è terrâ & veluti universalis materia ita disponitur, ut v. g. ex uno semine milii vel sinapi non saltem inte-

grum plantæ corpus, ſed, quod præcipuè huc ſpectat, tanta novorum ſeminum multitudo atque multiplicatio naſcatur? Quid ſi materiam iſtam ſui multiplicativam è ſubtilisſimâ, penetrantiſſimâ, extenſioniſque & rurſus activæ concentrationis capaciſſimâ mundi ſubſtantiâ, qualis in Luce eſt vel huic non multum diſſimili ſperaremus; cujuſmodi quiddam in omnibus rebus latere, præcipuè ex metallicis evocari poſſe peritioribus ſaltem notum eſt. Quid, inquam breviter, ſi aurum eò redigi, ſi punctum magnetiſmi ipſius adeò accuratè attingi poſſet, ut ſpiritui iſti æthereo fixo, ſed & ſubtilisſimo, penetrantisſimo, lucido, ingreſſum concederet, â quo ceu ab igne blando & molli ſenſim & ſucceſſivè penetretur, â ſeipſo ſolvatur, in liquorem non quidem hydrargyreum, ſed in ſuccidam, ſubtiliſſimam, ſeminalem & ad ſui multiplicationem aptam ſubſtantiam; nonne credere fas eſſet, qui eò perveniſſet, eundem clavem artis, ignem philoſophorum artificialem, magnetem auri, & chalybem auri verum inveniſſe?

Atque hâc quidem narratiunculâ de auro philoſophorum noſtro, deque cœteris

 noſtris

noſtris Patres noſtros ſequi, haud dubiè tuâ veniâ L. B. licuit: relictâ interim cuilibet eâdem, quam nobis & optamus, ratiocinii & opinionum integrâ libertate: neque etiam vel unica ex his litera eâ intentione ſcripta eſt, ut ex iis, quos illaudabilis auri cupiditas ad proſequendum illud tam decantatum philoſophorum myſterium compellit, quiſpiam directionis quiddam ſibi præſcriptum putaret: cum noſtræ potius curæ afflicti proximi ſanitatem, humanique corporis carnificinæ deſtructionem & reſpexerint ſemper, & impoſterum eò ſemper ſint collimaturæ: atque ſic relictis hiſce ad ea, quæ ſacra ars medica ex auro emolumenta atque ægrotans humanitas ſolatia expectare ſolet ac poteſt, pergemus.

CAP. XII.

DE OPERATIONIBUS AURI PRO USU MEDICO:

vel de Sole & Sale.

COmmunis hodie eſt ſed eadem valdè ſeditioſa, & malevolis inſuper ridendi calumniandique occaſionem non iniquè

ſuppeditans medicorum in ſectam chymicam & galenicam diviſio; & multi etiam è viris non ineruditis eandem ſeditionem non ſolum amplectuntur & fovent, ſed & medicamenta è mineralibus chymicæ artis adminiculo ritè elaborata, intempeſtivo atque injurio prorſus metu è Republicâ ſua exterminare atque proſcribere laborant. An invidiâ forſan veteri agitati, quâ medicus medico invidere, & ſic antiquo iſti proverbio veritatem ſuam conſervare amant, an quidam profundiſſimâ ignorantiâ ſtupefacti id agant, incertum. Credibilius tamen videtur, ac ſi rem penitiùs inſpicias, certior evades, nil niſi ſordidam quandam invidiam & hujus ſociam malitiam diſſidia hæc & ſtruere & ſuffulcire, quibus nonnullorum animi dum aliorum quorundam proſperiores ſucceſſus è remediis ſuis chymicis dextrè ac ſcienter applicatis reſultantes vident, torquentur. Pauciſſimis enim judicium eſſe adeò perverſum putaverim, ut artem chymicam; quâ ſolâ ad principia rerum cognoſcenda via aperitur, quâ corpora naturalia recluduntur, impura à puris ſecernuntur, intima quaſi vita evocatur, & ſeparatim ſiſtitur; ut hanc inquam parum

rùm ad se pertinere arbitrarentur: Id enim qui facerent, ii profectò pessimè tempus suum, quod in artis hujus studio insumpserunt, collocasse dicendi forent, & nihil nisi caput mortuum & siccum sceleton artis sibi elegisse atque comparasse, quod præcipuam Medicinæ partem, quæ Analysin synthesinque corporum pertractat, ex iisque principia affectionum naturalium & sic præternaturalium quoque, item intimas corporum virtutes eruere, & in lucem producere apta est, studiosâ imprudentiâ neglexissent. Quid si enim per totum vitæ nostræ tempus omnes istos medicæ artis antiquæ scriptores ethnicos usque ad succum & sanguinem perlegamus; quid si omnes grammaticas difficultates, & super vocabulorum sensum litigia superassemus; si porrò omnes istas facultatum, temperierum, intemperierum, coctionum, putredinum historias, atque omnes caliditatis, frigoris, siccitatis, & humiditatis scalas seu gradus didicissemus; anne tamen ex omni istâ farragine, & methodo illâ ethnicâ certa ac stabilia dogmata & fundamenta haurienda fuissent, quæ ad nostrum hoc tempus, ad hujus, in quo vivimus, climatis con-

constitutionem, constanter applicari possent? cum in his terris temperamenta hominum aliter disposita sint; nec crisin eandem, cujus Hippocrates in Coacis meminit, experiantur; aliis proindè pharmacis, aliâque nec parum differenti medicamentorum dosi tractari velint? ut taceam singulis ferè annis novam morborum cohortem emergentem novam quoque methodi medendi revolutionem indicere, ab antiquâ illâ immane quantùm differentem, veluti de his in Tractatu nostro de fido & infido medicamentorum successu prolixiores erimus, & ad specialiora respiciemus.

Quoniam ergò, si æquâ lance, & animo non præoccupato omnia ponderentur, morborũ rationes & his superstruendæ curæ nonnisi accuratam & realem naturalium rerum cognitionem præsupponunt, citrà chymicæ autem artis, quâ solâ corporum compages recluditur, adminiculum non modo hæc non obtineri, sed nec medicamentorum nuclei è putaminibus & fœcibus suis erui possunt; quorsum tandem ridicula hæc Chymiæ â Medicinâ, velut animæ â corpore sejunctio? Nonne simplex herbarum decoctio extra-

ctio;

ionis quoddam genus eſt, atque hâc ratione
iter chymicas operationes ſpectat? quod
integra ipſis chymia, quam adeò faſtidiunt,
um artificiis ſuis & vulcani anatomiâ adi-
neretur; cui tandem rei tota ipſorum Flo-
a cum omnibus ſuis herbis & radicibus ad
quarum, ſpirituum, oleorum, ac reſinarum
paratione obſequeretur? In ſpecie,
uod aurum attinet, ſcævolæ iſti, quibus ad
dditum ſolum medicamentorum chymico-
ũ inteſtina crepant, ipſi omnem vim medici-
alem derogant, atque illud velut inutile, alii
lanè ceu noxium proſequuntur; quemad-
odũ non parũ diu eſt, quod Eraſtus medi-
us germanus omnia è metallis remedia, præ-
rtim ex auro improbarit; verum memi-
iſſe hic potius debuerat eorum, quæ in la-
idibus & gemmis conſideranda veniunt,
uas ipſe è medicamentorum claſſe tamen
on rejecit; quin de ſabuloſo tractatum in-
grum edidit, & reipsâ lapidum virtutes ap-
robavit. Quàm utiles verò ægris gemma-
im iſti pulveres ſint, & quàm benè ab im-
rovidis interdum medicis, cryſtallorum
ontanorum, aliorumque lapidum pretio-
rum præſcribantur, experientia optimè

 docet

docet illorum, qui postquam illa stomac
ingesserunt rosiones indè in intestinis, d
senterias graves, atrophias lentas, â pa
culis & fragmentis illis utcunque minu
acutis tamen, angulatis, & tenerrimâ acie
structis, spicularum instar viscera & inte
na scindentibus ac pungentibus, adeoque
ulcerantibus patiuntur, ut centies præsta
morbo quemvis interire suo quam per
perba ac pretiosa ista artis tormina lacer
Sed benè prosint hæc divitibus, qui r
nisi per pretiosas remediorum formulas
nitatem sibi restitui volunt.

Facilè tamen hic videbit æquus lec
ex his, quæ scribimus, ne tantillum in ph
macopœiarum detrimentum dici: stet s
& debet stare ibidem & suus cuilibet me
camento, cuilibet decocto suus honos;
æquè insaniet, qui rejectis istis omnibus
lis è mineralibus medicamentis insisti de
re somniaret, atque isti insaniunt, qui mi
ralia ad unum omnia, etiam innocentissi
atque certis in casibus omninò difficili
bus istis anteferenda maledico ore apud c
dulos aut imperitos diffamant. Illos
tem, qui aurum tanquam inutile respici

la experientia optimè refutat, quam tot
ſtibus, tot expreſſe de eo ſumptis multorum
entaminibus negare velle equidem impru-
enter audaculi foret; quin indè ab omni
otius antiquitate in hunc uſque diem me-
icos auro vel integro in medicamentis ſuis
ion abſtinuiſſe conſtat: nonne enim Dio-
corides, Plinius, Avicenna auri obryzi
imaturam tenuiſſimam epotam mirabili
iominibus auxilio eſſe ſcribunt: Nonne ab
odem Avicennâ medicamentis contrà po-
lagram, lepram, capillorumque defluvium
mmiſcetur? ſicut non minus in melancho-
iâ, triſtitiâ, paralyſi, in doloribus & tre-
noribus cordis ab eodem laudatur; ut ta-
ceam, quæ per eandem experientiam confir-
matam de illius virtute, ac de eo, quicquid
eſt quod in liquoribus relinquit, in quibus
extinguitur, ubivis recenſentur & adſtruun-
tur. Imò cur in omnibus hucuſque phar-
macopoliis, atque uti vocant diſpenſatoriis,
tot pulveres cephalicos, epilepticos, tot
aquas apoplecticas auro crudo intermiſceri
tolerant ii, quibus chymia adeò exoſa eſt, ſi
hoc pretii potius causâ, non uſus per tot
tempora velut è manu in manum traditi, &
per

per quotidianam experientiam confirm
fieri, asserere possint.

Sed ut illis tamen etiam aliquid rege
tur, qui speciosum istud, & in quo multi
delectantur, obiiciunt, radicaliter auru
solvi non posse, ergò nec vim medicam in
sperandam; lubet mihi cum aliquibus n
incongruè quærere, cur ut aurum aliqu
virium medicarum exerat, non nisi radica
ter exsolutum velint? an ut ventriculo
geri possit? vix crediderim: nam qu
tusquisque medicorum est, qui medicame
ta in ventriculo concoqui aut digeri, si san
sit, putet; sed aliquid tamen virium reco
ditarum in recluso manifestius fit inquie
non negandum ita esse, sed quo fund
mento evinces, ventriculum nostrum plai
nihil ex auro sumere, qui è quotidianis su
alimentis ea evocat, quæ per artem ind
eadem ratione evocare non licet; sed po
tius tamen huc spectat, quod multis in rebu
certa quædam vis sit, quam etsi planè velu
imperscrutabilem unquam reiicere iniquun
esset, intereà tamen adhucdum plus, atqu
optaremus, occulta est: qualia præcipuè i
medicaminum specificorum actionibus cla
rissi

imè videntur, & in aliis quoque, quæ ut
loſophi noſtri loqui amant, totâ ſubſtan-
agunt, id eſt, cujus actionem ad nullam
alicatum ſenſibus obviarum quadantenus
erre poſſunt.

Ielmontius hæc per irradiationes & quaſi
ectus taliſmodi medicamentorũ explicat,
ibus archæum noſtrum & ſpiritus actio-
ius vitalibus & animalibus miniſtrantes
iut alloquerentur, & incenſos placarent,
ɔitos excitarent, quem integri erudito-
n exercitus ſequuntur. Deinde cum
nnullis optimè monendum, aliud eſſe, ex
i concreto metallico nobilisſimo, quale
rum eſt, ſulphur internum ſeparare, quod
ioris certè indaginis; aliud externum
gis, non adeò difficulter à peritiori eli-
ndum aut extravertendum, ad exercen-
s tam egregias virtutes ſatis aptum: utut
ori illi, ſi quis id adeptus eſſet, ſua vis lon-
excellentior planè non denegetur: nec
bitandum eſt, ſi aurum hâc ratione, id eſt
licaliter in liquorem redactum aſſumere-
, quin ſecundum Archelai philoſophi ef-
um futurum eſſet theſaurus vitæ humanæ,
ɔrbos & infirmitates hominum ſanans, &
experi-

experientiâ confirmaretur rectè locutum e
Lullium, quemadmodum sol cœlestis un
versum & magnum mundum lumine & c
lore suo vivificaret; ita solem terrestre
quem aurum esse dicimus, habere vim v
vificandi microcosmum, qui est homo.

Sanè ad hoc ambrosiæ poculum pl
rimi, pœnè infiniti manus tetenderunt; tù
ut infunderent, tùm ut biberent: sed quà
infeliciter & isti operam luserint, & his dei
de aliqui illuserint pænè in vulgi fabul
abiit. Rectissimè & prorsus ad verum a
tor ille fili ariadnæi: Es findt. latinè h
sensu:

*Non desunt, qui jam lutorum essentias, ja
cupri, ferri, tartari, sæpius vile saltem n
turaliter ex aere delapsum menstruu
pluviale, quod calci auri aliquamdiu s
perfusum stetit, ne hilum tamen interi
extraxit, sed vi digestionis per se tand
rubedinem contraxit, pro auro potab
venditant, & magno vendunt, cum t
men post, si tentamini accurato subiicia
tur, in fundo, ut loqvimur appareat,
jusmodi sulphure fixo solari ejusmodi s
teant extractiones.*

ec ille velut è tripode. Verum enimve-
s nondum. eo ipso omnes in universum
ri solutiones pessum eunt, & omni virtu-
ac pretio pro salute corporis humani ex-
unt: quin est potius sapientioribus & peri-
oribus chymicis nota ejusdem talis solutio,
am, ob egregios effectus, quos per ingens
n temporis spatium indè experti sunt,
tri solaris nomine insignire, & specioso
o titulo omninò dignam pronunciare pos-
nt. Ne tamen putes corrosivis hanc præ-
ari, etiamsi nihil quidem facilius sit, quam
ediante corrosivo, spiritum vini, vel spi-
tum cornu cervi tali solutione impræegna-
: sed scito, præter dicta corrosiva, aliud
lhuc menstruum, aliud sal, aliud sulphur
egetabile naturam servare, quo sol ille ter-
enus amicè liquescat, & in liquorem blan-
um, rubicundissimum, verum draconis
nguinem, solâ philosophicâ quâdam sub-
matione, nullius ferè externi ignis acce-
ente adminiculo convertatur. Nimirùm
uemadmodum in regno metallico sol
rinceps metallorum est, ita in vegetabili
arem dignitatem vino omnis pænè ætas
dhuc decrevit. Hoc ipsum est, è quo sal
illc

ille vegetativus volatilis, qui tam amicè cu
alterius regni analogo copulatur, expecta
debet. Huncin finem multum laboris,
eo volatilisando collocârunt artifices; a
per frequentia spirituum aceti & vini coh
bia id tentarunt: alii per aërem solu
in flores siccos illum sublimare studuerun
utrique tamen irrito prorsus conatu; a
dein addito sale armoniaco, oleo itidem ta
tari eôdem aspirantes, nil tamen nisi sale
heterogeneum acquisiverunt. Omniu
tandem optima mechanica per olea id pra
standi inventa est, quæ dum sulphureas &
una cum his amice colligatas particulas ac
das ad se rapiunt, volatiles interim ex illa
rum vinculis evolutæ, & sui juris factæ li
berè sublimantur; quod sequenti potissi
mum modo commodissimè peragitur: Ni
mirum conjungitur sal tartari cum aceto ra
dicato: cum eoque probè commistum &
in mellaginem per evaporationes humidi
tatis redactum oleo therebinthinæ impræg-
natur, ac probè cum eo permiscetur; dein
aëri committitur in vitro ampli satis orifici
singulis matutinis horis baculo agitan
dum: sic aër humidus compagem sali
exolvit;

xolvit; oleum item in particulas sulphureas
git, atque hâc ratione fermentationis quod-
dam genus exoriens volatilisationem salis
perficit, ita tamen ut, si nimis interim humi-
dum fiat sal, calore fornacis temperanda sit
illius humiditas, quemadmodùm si nimis
sicca fuerit massa, eadem aëri rursus humi-
do exponenda, novoque oleo impraegnan-
da, quorum omnium moderamen operan-
tis judicio innititur, qui addere vel detra-
here debet prout videbitur, dummodò in
continuâ fermentatione diligenter servetur,
usque dum oleum cum sale mediante aëre
in spirituosum corpus vel subtilem sapam,
aut massam saponariam transierit. Sic ob-
tinuisti deinde verum Paracelsi balsamum
samech, cum quo si helleborus & opium
fermententur, elegantissima & alibi insig-
niter celebrata medicamentorum genera
exurgunt, in morbo hypochondriaco, quar-
tanis, luë venereâ, si dextrè administrentur,
egregium effectum praestantia: hic deinde
balsamus samech destillatus salem tartari
volatilem secum rapit, relictâ pro capite
mortuo terrâ nigrâ.

Ita sal volatile nactus es, quod veluti à mul-

tis adeò hucuſque deſideratum fuit; ſic in totâ ſalium volatilium familiâ principatum facilè meretur: nihilominus tamen alias, præter eas, quæ omnibus ſalibus volatilibus inſunt, vires quanquam notabiliores, fruſtrà expectes; quæ utut adeò decantatæ ac laudibus pænè in cœlum ſint evectæ, non poſſunt eſſe aliæ, niſi ut aliquoties, ubi ſcienter applicantur iſta ſalia, acidum fortè volatile peccans alterent, ſemper tamen ſanguinem & ejus ſerum in motum cieant ac propter volatilitatem ſuam cum evaporationibus, quas inſigniter augent, rurſus evadentia corpus deſerant. At ſi cum alio corpore, quale auri eſt, temperatiſſimo ſcitè combinentur & figantur, concretum indè reſultat, quod & hujus actiones imò ſi quæ eſt, ejuſdem reſolutionem optimè non ſaltem adiuvat, ſed & cum eodem diutiùs corpori noſtro immanet, atque ſic vires ſuas medicatrices conſtantiùs diffundit.

Cœterùm ſpiritus vini huic ſali volatili ſuperfuſus, vel cum eo impregnatus non modò corallia integra ſolvit, atque in ſalem convertit; verum etiam è vegetabili-

bu

bus pulcherrimas essentias colorem, odorem, atque saporem plantæ servantes extrahit. At verò si sal hoc volatile unà cum sanguine auri perfundas, habebis astrum illud solare, quod in sanguinem nostrum, cujus etiam similitudinem refert, amicè agit, errores œconomiæ animalis corrigit, & omnia corrosiva ac vitriolica acida dulcificat.

Sic medicamentum evadit è duobus terrestrium regnorum, vegetabilis & mineralis principibus corporibus, amico fœdore colligatum, non saltem cor & reliqua membra vitalibus actionibus principaliter vacantia amicè irradians atque confortans; archæique & omnium spirituum œconomiæ corporis nostri præsidum furores placans, sedans, & aufferens; sed & natas indè in corpore viscerum ἀτονίας corrigens; ut adeò sanitatem præsentem conservare, nutantem firmare, deperditam reducere, morbos abigere, animum exhilarare, & melancholiam aufferre, jure de eo dicere liceat. E quibus fluit nullum morbi genus esse, in quo de hoc astro solari non omnia fausta sibi promittere quis possit, noxæ verò

aliquid metuere iniquum esset, ut proindè non opus sit ad speciales ejus in specialibus morborum generibus usus minutim descendere.

Hactenus ergò, sicut dictum est, sapientiores neotericorum talem invenerunt viam in aurei sulphuris externi extraversione, suadente Paracelso, qui in defectu veri liquoris alcahest succedaneum ejus in sale circulato quærendum, & cum hoc aurum & argentum potabile reddendum seriò hortatur. Verum enimverò sapientissimi & naturæ illuminati aliter procedunt; his enim multò secretior modus cognitus est aliud quoque philosophorum vinum, pro thesauro illo incantato, sulphure scilicet auri interno eliciendo & resuscitando; nimirùm per magnetem vel peculiarem â DEO in profundo montium conditam substantiam in quâ divini illius elementi quædam particula, vel spiritus ille seminalis metallorum tanquam in capsulâ inclusus latet, & â suis heterogeneis philosophico ingenio sequestrandus, ut metallicum sal in eo liberetur quod ex aëre sulphur sibi proprium & connaturale assumat, quemadmodum salia reli-

qu-

ia hujus mundi aquam tantum attrahunt. um hoc ergò magnete ſuo in ſubtili terræ ietallicæ terreo recōdito radios ſolis & lunæ ceterorumque aſtrorum colligunt, & ſuc- um exprimunt æthereum, humidum illud idicale metallicum, aquam viſcoſam, in uâ non ſolum aurum, verum omnia cor- ora ſublunaria ſolvunt: cum hoc ſpiritu educunt aurum in primum ſuum ens, & in rimam materiam mercurialem per pro- rium ſuum ſulphur, quod florem auri ap- ellat Hermes, eandemque ſubſtantiam nercurialem teneram additione novi fer- nenti fortificando excoquunt in rubinum œleſtem, vel aurum potabile ſuum, ad uod ſi te fata vocaverint, aperta tibi erunt aturæ magnalia. Sed de hâc illorum clas re ſatis.

De cœtero aurum quoque fulminans itè paratum, ab inſignisſimis & celeberri- nis medicis in curâ infantum pro alvo landè ſubducendâ commendatur & adhi- etur. Quid nonnulli cum famoſis illis ræcipitatis aureo mercurialibus dextrè adhi- itis præſtiterint, vel mediocriter curioſis non ignoratur: ut taceam pharmacopolia omnia

omnia suis bezoarticis solaribus, quædam etiam cinnabari aliquâ solari, in quâ per sulphur aliquid ex amalgamate auri simul sursum elevari, & in cinnabaris compagem assumi supponunt, instructa esse: ut taceam quoque monstrari forsàn ex auro liquorem dulcem, quo omnes chirurgorum de vulnerum seu recentium sivè inveteratorum malignitate quærelæ præcaveri possint.

Imò ut breviter dicam, quicquid ogganniant malevoli, semper adhùc medicamentis chymicis ritè elaboratis, scitè exhibitis, ita ut suo loco vegetabilia ista non saltem non negligantur, sed & pretium suum omninò ipsis relinquatur, manet & manebit suus honos, & semper adhùc producet orbis suos viros qui ingenio & æquitate pari instructi, vera remedia chymica, ubi opus est, & ubi vegetabilibus ob majorem potentiam & minorem molem præstant, bona cum ratione administrantes suo in pretio sustineant non minus, atque impostores istos eliminent, quorum fraudulentam nequitiam ignarum & iniquum vulgus cum innocentissimo chymiæ nomine ruditer confundere assuevit. Sanè, quod ea quæ hactenùs dicta

sur

it, attinet, plura sunt, quæ multoties à praxi confirmata non saltem sciam & derim, sed & ab aliis fide dignis audiven: quod idem de pluribus aliis pharmacis m notioribus, cùm particularioribus ex fontibus haustis probari posset, si tempoac lectoris patientiâ inutiliter abuti velm; quæ quidem (quod alia sæpè potuita in summum ventricul. & intestinorum go tali peregrino non assuetorum præjucium diu, multoties etiam vix præstant) ucis dosibus minutis, aliquandò unâ saltem ficiunt: idque nullâ corrosivitate, solâ inocentissimâ præcipitatione, alibi humorum andâ resolutione, aut vasorum etiam exetoriorum stimulo assequuntur.

Sic multa dicere possem de medicamine iodam antihydropico, antihectico, de ilvere adversus quartanas & intermittens, quo solo sine ullo aliûs phârmaci adiniculo materia febrifica præcipitatur; em de liquore podagricorum dolores migante, deque aliis longè pluribus, quæ in axi hactenùs spem raró fallere certus fa. us sum, si opportunè observatis observans in auxilium appellentur.

sed

Sed jam plùs ſatis almæ noſtræ art
medicæ occaſione locutus ſum, talia tame
quæ & boni benè explicabunt, & quæ L
ctoribus propriæ vel alienæ ſalutis, & u
veritatis ſtudioſis, ſi minùs neceſſaria,
ſaltem ſpero non erunt
tædioſa.





